PRAGER

PHILOLOGISCHE STUDIEN,

MIT UNTERSTÜTZUNG DES K. K. UNTERRICHTSMINISTERIUMS

HERAUSGEGEBEN VON

OTTO KELLER,
PROFESSOR AN DER K. K. DEUTSCHEN KARL-FERDINANDS-UNIVERSITÄT.

III. HEFT.

ANTONIUS LUDEWIG,

QUOMODO PLINIUS MAIOR, SENECA PHILOSOPHUS, CURTIUS RUFUS, QUINTILIANUS, CORNELIUS TACITUS, PLINIUS MINOR PARTICULA QUIDEM USI SINT.

FASCICULUS I.

PRAG 1891.
VERLAG VON H. DOMINICUS.
(TH. GRUSS.)

K. u. k. Hofbuchdruckerei A. Haase, Prag.

De particula *quidem* cum multi viri iique doctissimi occasione oblata varia disputaverunt, tum ante paucos annos Guilielmus Grossmannus libellum conscribens [1]) priorum aetatum scriptores angustis eam circumscripsisse finibus, Ciceronem et novas ei significationes subiecisse et multas copulationes ante inusitatas addidisse ostendit. Equidem, ut, quomodo argenteae quam vocant aetatis scriptores qui maxime nominantur particula *quidem* usi sint, exponam, Plinii naturalem historiam, Taciti, Senecae, Curtii Rufi qui supersunt libros, Quintiliani institutionem oratoriam, Plinii epistulas et panegyricum quam potui diligentissime perscrutatus, omnes in quibus particula *quidem* invenitur sententias collegi, collectas in ordinem digessi, digestas iam ita proponere conabor, ut quid in particulae usu singulorum scriptorum sit proprium, quid commune omnibus, quid novatum, quid ab usu remotum, quid denique inter illorum et Ciceronis consuetudinem dicendi intersit, plane perspiciatur. Qua quidem in re, ut ratione et via procedat commentatio, inde me ordiri oportere intellego, ut quaenam sit illius particulae vis et potestas declarem. Iam qui de eius origine scripserunt, non idem omnes video sentire. Quamquam enim plerique *quidem* ex pronomine relativo *qui* et syllaba *dem* compositum esse censent (v. Corssen. Ausspr. I. p. 777, II 839, 855 . . ., Georges, Ausführl. lat.-deutsch. Wörterb. s. v., Bréal et Bailly, dictionnaire étymol. lat. p. 299, Gutjahr-Probst, Altgramm. u. Neugr. zur lat. Syntax (1888) p. 235 . . ., Kühner, Ausführl. Gr. d. lat. Sprache II. p. 604, alios), tamen quod alii statuunt *dem* ex *diem* correptum esse, atque ad *qui-dem* supplendum esse *fieri potest* (v. Georges l. l. . . . alios) ita ut dicatur, *wie eben angenommen werden darf,* id alii negant et iure id quidem, ut mihi videtur. Atque ut ceteros praetermittam, O. Ribbeckius (Beiträge z. Lehre v. d. lat. Partikeln p. 4) *dem* ex pronominis

[1]) Guil. Grossm. De particula *quidem,* Regimonti MDCCCLXXX.

radice *d* ductum esse contendit. Bréal (l. l. p. 137) i-dem ex* ĭd-dem et quĭ-dem ex* quid-dem repetendum putat, Rönschius aliam iniens viam haec scribit: *„Da die Partikel quidem ein kurzes i aufweist, so dürfte es angemessen sein, ihren ersten Bestandtheil auf dieselbe Wurzel zurückzuführen, welche in den Verbalformen in-*qu*a-m, in-*quĭ*-s, in-*quĭ*-t, in-*quĭ*-mus . . . zur Verwendung gekommen ist, nämlich auf skr. khjā bekannt sein, bekannt machen . . aussagen; vgl. Vaničeks Etym. Wtb. d. lat. Sprache, S. 64².* *Sie würde demnach bedeuten: wie hiermit kundgegeben wird, erklärtermassen, bekannterweise.* (Berlin. philol. Wochenschrift, 1886, S. 99)[1]). Sed quamvis in explananda origine non omnes consentiant, id unum tamen, quantum videre potui, summorum hominum prope consensu statuitur: principalem ac propriam particulae vim eam esse, ut confirmet atque augeat, idemque particulam latinam *quidem* quod graecam *γε* exprimere (cf. Georges l. l., Kühner l. l. alios). Scriptores autem, quos supra commemoravi, confirmandi ei vim tribuere, universis exemplis quae allaturus sum probaturum me esse confido. Sed ut propriam ac veram particulae vim non aliam nisi eam esse censeo, ut confirmet et efferat: ita et rebus, quae illa particula confirmantur, et verborum collocatione et universa in qua *quidem* invenitur sententia fieri posse existimo, ut videatur quidem plures alias significationes accipere diversisque modis in Germanicum convertatur (cf. Reisig, lat. Syntax, neu bearb. v. Schmalz u. Landgraf, § 464, p. 272; Kühn. l. l., Grossmann l. l.). Praeterea particula, quae est *quidem,* aut ad singulas voces aut ad sententiarum partes seu membra aut ad integras pertinere potest sententias. Quae quidem omnia ad usus varietatem explicandam accurate perpendantur oportet. Et quoniam non de ipsa particulae vi et natura in se generatim spectata sed de usu illorum scriptorum, quos supra commemoravi, agere mihi propositum est, utilitatis magis quam severae logicae regulae ratione habita ita et rectius et clarius rem omnem me absolvere posse existimo ut tria potissimum distinguam, atque primum exponam, quomodo *quidem* ad singulas voces referatur easque confirmet,

deinde, quomodo aut una cum voce, quam effert, in initio sententiarum positum aut cum coniunctionibus copulatum sententias quadam ratione nectat,

---

[1]) cf. etiam R. Thurneysen, d. indogerm. Imperat. Kuhns Zeitschr. N. F. VII p. 175 seqq.

tum denique, quomodo in una ex iis quae opponuntur vel sententiis vel orationis membris usurpetur et concessivam quam vocant aut adversativam habere videatur vim.

Quae singula si deinceps exposuero exemplisque illustravero, lectiones quasdam dubias proferam, ut quid secundum leges repertas statuendum arbitrer dicam. Quibus expositis iam singula videamus.

I.

Primum igitur, quomodo particula *quidem* ad singulas voces referatur easque confirmet et efferat, explicabo.

Qua in re commemorandum est eam particulam omni verborum generi si praepositiones excipias adiungi posse. Ut enim Cicero post nomina substantiva, adiectiva, pronomina, verba, adverbia, coniunctiones, particulas *quidem* ponit, cuius rei Mergueti lexicon Ciceronianum permulta praebet in uno conspectu exempla: ita scriptores, quos supra commemoravi, particulam usurpare, omnibus quae afferentur exemplis comprobabitur. Ac ne illud quidem longam desiderat orationem, quod apud omnes post eam vocem ponitur, ad quam refertur, interdum tamen pronomini vel coniunctioni, non vocabulo, quod efferendum est, adiungitur. Quodsi ad plures pertinet voces, post primam poni solet, nisi quod praepositiones a nominibus et vocula *tam*[1]) ab adiectivo vel adverbio non separantur.

Iam quae ad usum ipsum spectant, ea ad duo capita revocari posse existimo:

I a)

ac primum illa particula, quoniam voces ad quas apponitur, confirmat, auget, effert, aptissima videtur, quae unam rem praeter ceteras distinguat et extollat, quae aliquid excipiat, temperet, restringat, quae in votis, in asseveratione, in gradatione vim ac pondus rei addat. Eandem omnino vim in particula γε inesse, ex iis, quae Kühner (v. Ausführl. Gr. der gr. Sprache, § 511) disputat, facile intellegitur. Germanice *quidem* aut non convertimus

[1]) cf. Senec. dial. X. (De brev. vit.) 6, 1 *tam efficaciter* q u i d e m . . . Plin. epist. I 5, 3 *tam intemperanter* q u i d e m . . .

aut dicimus *gerade, eben, wenigstens, gewiss, fürwahr, wirklich* similia. Cuius rei haec afferri possunt exempla:

Plin. nat. hist.[1]) XXI 116 *Quod ad cypiron attinet, Apollodorum* quidem *sequar* ... XVII 137 *ne quid sciens* quidem *praeteream* ... VIII 162 *Forma equorum qualis maxime legi oporteat, pulcherrime* quidem *Vergilio vate absoluta est.*

Alia exempla breviter astringam: n. h. III 46 .. *urbium* quidem *vicinitates* ... V 14 .. *de excelsitate* quidem *eius* .. VIII 226 *extremis* quidem *in litoribus* .. XVI 127 *Vergilio* quidem .. XVII 17 *pariter* quidem .. XVIII 115 *maxime* quidem .. XIX 122 *fere* quidem *omnia* ... XIX 174 *ad proceritatem* quidem ... XXI 43 *folio* quidem *subbrevi* ... XXI 166 (M) *multum* quidem .. XXII 14 *minus* quidem ... XXVII 9 *malum* quidem *nullum* ... XXIX 26 *in feminis* quidem ...

Huc referri potest: II 75 *retro* quidem ire ...

Tacit.[2]) dial. 27, 3 *quod apud me* quidem[3]) *in confesso est* ... dial. 33, 1 *mihi* quidem ... *munus* ... *peregisse nondum videris* .. a. IV 35, 6 *illi* quidem ... a. XIII 46, 5 *se* quidem.

Senec.[4]) dial. IV 9, 1 *Certatur ingenti* quidem *nequitiae certamine* ... dial. IX (De tranq. animi) 10, 6 *multo* quidem *citra* [quam] *exempla hortentur consistere* ... dial. XII 10, 2 *Quod ad me* quidem *pertinet intellego* ... (Ad Helv. matr. De cons.)

De benef. II 11, 2 *Saepe* quidem ... ib. V 3, 3 *leviter* quidem ... ib. VII 23, 1 *nemini hoc* quidem *se persuasurum putavit.* Natur. quaest. II 4, 1 *aer* quidem (l. dub.) ... ib. II 39, 2 *fulmen* quidem ... ib. III praef. 10 *ex humilitate* quidem *nostra* ... ib. IV 4, 1 *mihi* quidem *persuadetur* ... Epist. mor. IV 12, 5 (= epist. 41, 5) *propius* quidem ... epist. VII 7, 6 (ep. 69) *me* quidem ... ib. XVIII 1, 24 (= ep. 104, 24) *minime* quidem ... Phaedr. 873: *me* quidem *excepto.* Oedip. 294 *te* quidem ... Hercul. Oet. 1832 *nato* quidem ...

Curt. Ruf.[5]) VII 9, 12 *Itaque ipsi* quidem *ducum fungebantur officio.*

---

[1]) In afferendis locis Detlefseni editionem secuti sumus.

[2]) ed. C. Halm[4] 1883.

[3]) cf. H. Jordan, krit. Beiträge z. Gesch. d. lat. Spr. p. 324.

[4]) opera, quae supersunt. ed. F. Haase[2] (1889); tragoed. ed. F. Leo (1884).

[5]) ed. Th. Vogel[3] (1885).

Quintil. instit. orat.[1]) I 6, 15 *Nam praeterito* quidem *tempore varie formari verba prima persona o littera terminata, ipsa analogia confitetur* . . . II 5, 14 *per omnes* quidem *species* . . . IV 2, 57 *a Cicerone* quidem . . . IV 2, 104 *nihil* quidem *tam raro poterit habere rationem quam excursio* . . . V 13, 24 *maxime* quidem *dissimilia* . . . V 14, 27 *syllogismo* quidem . . . VII 4, 33 *in quo genere Cicero* quidem . . . *hac usus est divisione* . . . IX 4, 118 *spatia ipsa, quae in hac* quidem *parte plurimum valent* . . . X 1, 98 *senes* quidem[2]) . . . X 5, 1 *Non est huius*[3]) quidem *operis* . . . XII 5, 5 *vox* quidem . . . XII 10, 46 *nos* quidem . . .

Hoc loco illud dignum est, quod notetur, Quintilianum, ne enuntiata latissime pateant, haut ita raro verbis quibusdam et formulis uti, quibus *quidem* addatur, ut *meo* quidem *iudicio, mea* quidem *sententia, mea* quidem *opinione, ut mihi* quidem *videtur* = *ὡς ἐμοί γε δοκεῖ.* Quas quidem formulas cum neque Plinius maior neque Tacitus neque Seneca neque Curtius unquam usurpaverit, Plinius vero minor semel[4]) scribat *meo* quidem *iudicio*, hac in re quantum quisque a Ciceronis[5]) ratione dicendi discedat, non est, quod multis exponam. Quintilianus igitur hisce locis formulis illis notissimis utitur:

meo quidem *iudicio*: VI 3, 107; VIII 6, 52; IX 3, 59; X 1, 69; XI 1, 1. *iudicio* quidem *meo*: VIII 3, 71.

mea quidem *opinione*: I prooem. 18; VI 5, 1; VIII prooem. 18.

mea quidem *sententia:* I 2, 3; X 7, 1;

ut mea quidem *fert opinio:* IV 3, 14;

ut mihi quidem *videtur:* II 5, 20;

cf. *mihi* quidem . . . *mira quaedam in eo videtur fuisse urbanitas:* VI 3, 3.

Plin. min.[6]) epist. VIII 2, 3 *Itaque omnibus* quidem, *ne quis mihi non donatus abiret, partem octavam pretii* . . . *concessi.*

---

[1]) ed. F. Meister (1886—87).

[2]) *quidem* Spalding; *quem* G (cod. Bamb.).

[3]) *non est huius* add. Bursian.

[4]) Plin. epist. IX 19, 8.

[5]) v. Grossmann l. l. pp. 37, 8, 41 . . . 3

[6]) ed. H. Keil (1870).

Paneg. 25 *illa* quidem, *de quibus taceas* ... ib. 74 *pro nobis ipsis* quidem ... ib. 81 *in ipsorum* quidem *ludibrium emissas* ...

Addam hoc loco oportet, quo melius, quid discriminis inter illorum scriptorum et Ciceronis rationem dicendi intercedat, cognoscatur, Ciceronem [1]) saepe, numquam illos uti copulationibus *quidem certe* vel *certe quidem* aliisve, quibus plus ponderis gravitatisque additur affirmationi. Quod enim Quintilianus semel [2]) scribit: *unum* quidem *certe nemo erit tam inimicus Cluentio, qui mihi non concedat* ..., Ciceronis, [3]) non suis ipsius utitur verbis.

Ac satis manifestum esse existimo, quomodo confirmandi et restringendi vis particulae *quidem* subiciatur. Ne quis vero forte pauca me exempla attulisse putet: locos illos non sane paucos, ubi *quidem* non solum premat et augeat, sed etiam aliud expleat munus, ne saepius eadem repetere cogar, hoc loco omitto. Ab aliquibus illud *quidem*, de quo quaerimus, appellari *quidem* confirmativum vel restringens indicasse sufficiat.

I b)

Deinde singulis vocibus additur *quidem*, quae ad id quod praecedit explicandum et terminandum subiunguntur. Quod *quidem* cur explicativum vocetur, facile intellegitur. Quo in genere ut scriptores graeci *καὶ ... γε* [4]), ita latini *et ... quidem* aut nullo interposito verbo *et quidem* non raro usurpant. Addam Germanos ad hoc exprimendum plerumque dicere *und zwar*, interdum *nemlich*, saepe nulla uti particula. Iam singulos scriptores persequentes, quid quisque usu receperit, videamus.

Ac **Plinius** quidem **maior**

1. primum (ut a minoribus ad maiora procedam) ad ea quae praecedunt magis determinanda pauca addit verba, ad quae apponit particulam *quidem:* n. h. II 212 *aestuus maris accedere et reciprocare maxime mirum, pluribus* quidem *modis* ... XI 90 *In Scythia interemunt etiam sues alioquin vivaciores contra venena talia, nigras* quidem *celerius, si in aquam se immerserint.*

---

[1]) v. Grossm. l. l. p. 87 seqq.

[2]) Quint. inst. or. V 10, 68.

[3]) Cic. pr. Cluent. 23, 64.

[4]) v. Kühner l. l. § 511, 4.

XI 121 *In capite paucis animalium nec nisi volucribus apices, diversi* quidem *generis.* XV 120 ... *haut scio an prima etiam omnium in locis publicis Romae sata, fatidico* quidem *et memorabili augurio.* XVII 149 ... *transferuntur* ...; *sunt et propagines, nulli* quidem *faciliores.* XVIII 109 *Campus est subiacens montibus nimbosis, totus* quidem $\overline{XL}$ *p. planitie.* XXXVI 55... *multa et sub terra sparsa, pretiosissimi* quidem *generis* ...

2. deinde liberiore quodam modo, novum verbum finitum non addens, sententiae aut novum membrum aut attributum aut alia subiungit atque agglutinat, ad quae *quidem* apponit. Hunc usum maxime illi convenire quem in adnectendis integris sententiis (v. c. II a.) observatum esse ostendam, si exempla utrobique allata conferas, facile intelleges. Ita particula, quae est *quidem,* et in iis membris invenitur, ad quae post *quidem* adduntur *et*, *etiam, quoque, nec* similia, et cum ipsis participiis atque ablativis absolutis coniungitur. Cuius rei exempla haec fere sunt: n. h. II 237 ... *flagrat in Medis et in Cissia gente, confinio Persidis, Susis* quidem *ad Turrim albam* XV *caminis* ... II 25 *Ceteris quippe animantium sola victus cura est, in quo sponte naturae benignitas sufficit, uno* quidem *vel praeferendo cunctis bonis, quod de gloria* ... *non cogitant.* III 57 *dein fluvius Nymphaeus, Clostra Romana, Cercei quondam insula immenso* quidem *mari circumdata, ut creditur Homero, et nunc planitie.* VII 51 *In Lepidorum gente tres, intermisso ordine, obducto membrana oculo genitos accepimus; similes* quidem *alios avo et ex geminis quoque alterum patri alterum matri* ... VII 171 *iam signa letalia:* ... *in oculorum* quidem *et narium aspectu indubitata maxime* ... VIII 177 *Coitus* (bubus Indicis) *a delphini exortu a. d. pr. non. anuarias diebus triginta, aliquis et autumno, gentibus* quidem *quae lacte vivunt ita dispensatus ut omni tempore anni supersit id alimentum.* VIII 178 *Boves animalium soli et retro ambulantes pascuntur, apud Garamantas* quidem *haut aliter.* IX 13 *Illae ad flexum immobiles,* ... *oneratae tunc* quidem *et utero graves* ... X 31 *Itaque parvis in vicis non plus bina coniugia sunt, circa Crannonem* quidem *Thessaliae singula perpetuo* ... X 117 *humanas voces reddunt, psittaci* quidem *etiam sermocinantes.* X 197 ... *pinguescunt* ... *spectanda* quidem *draconum arte.* XI 120 *Cetera ex his pinnata autumno fere moriuntur, tabani* quidem *etiam caecitate.* XI 195 *Praeterea et in pectore est et ceteris avibus, vitulis* quidem *marinis ad multa quoque nobile*

XI 206 *animalia . . . pinguissima, oves* quidem *letaliter circum eos concreto pingui.* XII 29 *adulteratur iuniperi bacis . . ., in pondere* quidem *multis modis.* XVI 92 *animalibus . . ., bubus* quidem *et ficulnea ilignaque et hederacea.* XIX 117 *celerrime nascuntur . . . contumacius coriandrum, cunila* quidem *et origanum post XXX diem . . .* XXI 180 *laudatum vero a Diocle et Euenore, Timaristo* quidem *etiam carmine . . .* XXI 183 *Boum quoque scabiem celerrime sanari ea invenio, apud Nicandrum* quidem *et serpentium morsus.* XXII 65 *folium in urina pueri impubis, tritum* quidem *cum aphronitro et inlitum ventri . . . praestare videtur . . .*XXII 136 *item vetuit, quamdiu pedes frigidi essent, tunc* quidem *nec potionem dandam.* XXV 122 *thelyphonon omnem quadripedem necat imposita verendis radice, folio* quidem *intra eundem diem . . .* XXV 142 *putant . . . cicatrices extenuari, albugines* quidem *etiam iumentorum sideritide.* cf. XXIX 26, XXIX 41, XXXVII 113.

3. Atque hoc loco notatu dignum videtur Plinium ad res tales agglutinandas non raro pronominibus demonstrativis et determinativis uti, quibus adiungit *quidem.* Quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia non nimis frequenter pronominibus *quidem* addit, id quod alio loco exponetur.

Huius igitur usus haec inveni exempla:

n. h. II 52 . . . *ut nulla amplius relinquatur dubitatio, solem superare magnitudinem terrae, id* quidem *et tacitis naturae ipsius indiciis.* II 240 (flamma) *exit et ad aquas Scantias, haec* quidem *invalida, cum transit.* VII 27 *Cyrnos . . . Isigonus annis centenis quadragenis vivere tradit, item . . . et Seras . . . et qui Athon montem incolant, hos* quidem, *quia viperinis carnibus alantur.* VII 80 *Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem, hunc* quidem *etiam . . . evectum.* VII 158 *Livia Rutili LXXXXVII annos excessit . . . Clodia Ofili CXV, haec* quidem *etiam enixa quindeciens . . .* VIII 139 *Simili modo et cocleae, illae* quidem *iterum et aestatibus adhaerentes maxime saxis . . .* VIII 228 *In Olympo Macedoniae monte non sunt lupi nec in Creta insula, ibi* quidem *nec vulpes . . .* cf. X 130, XI 193, XVI 14, XVI 58 *Sic et in Syria terebintho detrahunt cortices, ibi* quidem *et e ramis ac radicibus . . .* XVI 218 *Non improbatur et fagus in aqua et iuglans, hae* quidem *in his . . . principales.* XXVIII 228 *eas* quidem. XXVIII 239 *Sanguinem sistit coagulum cervinum ex aceto, item leporis, huius* quidem *et pilorum cinis, . . .* XXXI

78 *is* quidem *crescens cum luna noctibus.* XXXIII 96 *hoc* quidem *et in omni fere materia.* XXXVI 111 *Bis vidimus urbem totam cingi domibus principum Gai et Neronis, huius* quidem, *ne quid deesset, aurea.* XXXVII 86 ... *hi* quidem ... *appellantes* ...

Alii loci, in quibus *is quidem, hic quidem* similesque copulationes novo addito verbo finito integras nectunt sententias, in altera parte afferendi sunt.

4. Neque vero alienum esse puto, quomodo particulis *et quidem* vel verbo interposito *et ... quidem* Plinius usus sit, hoc loco exponere. Vere mihi hoc videor esse dicturus Plinium, aliter atque Ciceronem aliosque scriptores, particulis quae sunt *et ... quidem* non uti nisi ad nectendas sententias integras, *et quidem* non ad sententias nectendas, sed verbo finito non addito ad pauca verba addenda usurpare. Hoc ultimum, quod solum ad hunc pertinet locum, quattuordecim exemplis illustrari potest. Legitur enim: n. h. II 114 *Namque et e fluminibus ac nivibus et e mari videmus* et quidem *tranquillo et alios ... consurgere.* II 236 *Flagrat ... mons Chimaera* et quidem *immortali... flamma.* VII 5 *Uni animantium luctus est datus, uni luxuria,* et quidem *innumerabilibus modis ... uni ambitio.* VII 9 *Esse Scytharum genera,* et quidem *plura, quae ... vescerentur indicavimus.* VIII 55 ... *ad currum iunxit M. Antonius* [leones], et quidem *civili bello cum* ... IX 122, X 84, XVIII 20 *Cincinnato viator attulit dictaturam* et quidem, *ut traditur, nudo* ... XX 178 *cuspides dederat* et quidem *venenatas* ... XXX 13 *Gallias utique possedit* et quidem *ad nostram memoriam.* XXX 92 *Sed et ipsum vulturem in cibo dari iubent* et quidem *satiatum humano cadavere.* XXXI 76 *Sunt et in Africa lacus* et quidem *turbidi* ... XXXII 1 *ipsa se vincente natura* et quidem *numerosis modis.*

Legitur *et quidem* in codice Parisino 6795 etiam XVII 42 *spissior ubertas in ea* [marga] *intellegitur* et quidem *terrae adipes ac velut glandia in corporibus.* Quam lectionem recepit Silligius. Sed cum alii codices, in quibus est Parisinus 6797 et Toletanus, praebeant *et quidam, et quidem* autem ibi non eodem modo ut patet, usurpetur atque iis locis, quos commemoravi, cum Detlefsenio et Iano *et quidam* scribere malim.[1]) Addam

[1]) Non opus esse cum Dalecampio et Broterio h. l. legere *est autem quidam* perspicuum est.

persaepe in codicibus naturalis historiae *quidem* et *quidam* confundi.[1])

Et . . . quidem pro *etiam . . . quidem*[2]) ponitur et gradationem quandam [= *sogar*] indicat hisce locis: VIII 6 *mirum maxime* et *adversis* quidem *funibus subire et regredi* . . . XVIII 4 *Quid? non* [=nonne] et *hominis* quidem *vi venena nascuntur?* cf. XVII 176, XVI 2.

5. Restat ut de coniunctione *iam quidem* dicam; ex duodeviginti enim locis, in quibus invenitur, septem huc pertinere videntur. Si excipias X 97 iam *publicum* quidem . . ., Plinius omnibus locis *iam* et *quidem* ita coniungit, ut verbum non intercedat, cum Cicero, quod quidem viderim, numquam verbum non interponat.[3]) Neque minus mirum est, noviens Plinium ad *iam quidem* intensivum *et* (= etiam) adiungere; quae quidem formula, quoniam *iam* plerumque ad tempus refertur, reddi poterit vel *bereits auch* vel *jetzt sogar* vel similiter, quamquam interdum solam videtur indicare gradationem. Omissis igitur locis, in quibus sententiae integrae particulis quae sunt *iam quidem* continuantur, haec exempla recensenda sunt: n. h. XI 130 *In capite animalium cunctorum homini plurimus pilus,* iam quidem *promiscue maribus ac feminis, apud intonsas utique gentes.* XIX 8 . . . *Galliae universae vela texunt,* iam quidem *et transrhenani hostes* . . . XXXIII *39 habeant in lacertis* iam quidem *et viri* [aurum] . . . XXXV 2, XXXVI 28, XXXVI 61, 154, XXXVII 182 *Syrtitides in litore Syrtium,* iam quidem *et Lucaniae, inveniuntur e melleo colore croco refulgentes* . . .

Exposito igitur usu Pliniano nunc dicam de **Taciteo**. Qui quantum discrepet ab illo, vel ex eo intellegitur quod loci admodum pauci afferri possunt.

1. Duo enim sola exempla iis fere respondent, quae ex naturali historia primo loco collegi: dial. 34, 19 *Ita nec praeceptor deerat, optimus* quidem *et electissimus, qui* . . . a. II 38, 10 *Non enim preces sunt istud, sed efflagitatio, intempestiva* quidem *et improvisa* . . .

---

[1]) Silligius ad II 114 locos afferens, in quibus *et quidem* legitur, omittit: VII 9, VIII 55, XXI 78, XXXI 76; perperam nominat VIII 21, XVII 232, XXXII 8; *et . . . quidem*, non *et quidem* legitur XVI 2, XVIII 101.

[2]) Saepissime Plinium *et* pro *etiam* ponere opus non est probare.

[3]) v. Mergueti lexic. Cicer. vol. II p. 525 et Grossm. l. l. p. 85.

2. Praeterea semel a Tacito *id quidem* subiungitur: a. VI 48, 22 ... *eaedem poenae in Laelium Balbum decernuntur,* id quidem *a laetantibus, quia* ...

3. Singulari quodam modo, brevitati studens, attributum premit particula *quidem* hisce locis: a. XIII 12, 9 *muliercula* ... *cupidines principis explente, quando uxore ab Octavia, nobili* quidem *et probitatis spectatae* ... *abhorrebat.* h. IV 14, 14 ... *quando legatum, gravi* quidem *comitatu et superbo, cum imperio venire?*

4. *Et quidem* semel scribit Germ. 44, 14 *Nec arma* ... *in promiscuo, sed clausa sub custode,* et quidem *servo.*

Proximum est, ut de **Seneca** dicam.

1. Et quoniam aliquae formulae iterum ac saepius occurrunt, eas hic sub uno aspectu ponere operae pretium erit. Sunt autem fere huiusmodi: Dial. I 1, 4 (prov.) *Suo ista tempori reserventur,* eo quidem magis, quod *tu non dubitas de providentia.* I 5, 6 ... *adsentior,* eo quidem magis, quod *scio* ... *Nat. quaest.* IV 2, 30 ... *cum* ... *ad se ex aliis terris trahat,* eo quidem magis, quo *callidior est?* ... Epist. mor. VI 8, 1 (ep. 60) eo quidem inimiciora, quo *cessere felicius.* Epist. mor. XI 1, 6 (ep. 80) ... *hilaritas ficta est aut gravis et subpurata tristitia,* eo quidem gravior, quia ... Epist. IX 2, 2 (ep. 73) ... *necesse est auctorem* ... *colant,* multo quidem magis, *quam illi* ...

Ita *adeo quidem ut* invenitur hisce locis: Dial. V 30, 2; dial. X 10, 6; Epist. mor. XIX 8, 16 (ep. 117); Epist. XIII 1, 10 (ep. 86).

2. Neque desunt alia exempla, ut dial. V 17, 1 (de ira III) ... *Clitum carissimum sibi* ... *transfodit manu* quidem *sua.* ib. X 6, 1 (Brev. vit.) *Ausus est* ... *reos commendare et gratiam suam foro interponere tam efficaciter* quidem, *ut* ... dial. XII 19, 4 *amiserat* ... *in ipsa* quidem *navigatione.* Ben. III 37, 4; ib. IV 19, 2; VII 7, 3. Nat. quaest. IV 2, 25. Epist. XVIII 5, 5. cf. dial. IV 9, 1. *Certatur ingenti* quidem *nequitiae certamine.*

Cum igitur tanta sit huius usus exemplorum copia, miror equidem M. C. Gertzium in indice editionis dialogorum scribere *quidem = et quidem 84, 11 et 190, 16* [corrige 190, 6] — i. e. dial. IV 9, 1 et ib. VI 18, 2 — atque ad dial. VI 18, 2 ex aliis scriptoribus non pauca, ex ipso Seneca unum addere exemplum. Neque enim opus esse *quidem* per *et quidem* explicare dixerim, quippe cum omnes omnium aetatum scriptores particulam ipsam

per se solam illo sensu usurpaverint. Ceterum vir ille doctissimus dial. VI 18, 2 *quidem* restituit ex optimo codice, antea enim legebatur *aequali*[ter] *usque* pro *aequalius quidem.*[1])

3. Ad participia vero vel ad attributa, quae enuntiatum amplificant, Seneca raro apponit *quidem,* ut hac quidem in re ipse et Plinius maior plurimum inter se differant. Huc aliquo modo referri posse censeo: epist. mor. XV 2, 21 (ep. 94) *Concedo per se efficacia praecepta non esse ad evertendam pravam animi persuasionem: sed non ideo* [non] *aliis* quidem *adiecta proficiunt.* dial. VI 14, 2 (de cons. ad Marc.) *L. Bibuli . . . duo simul filii interfecti sunt, Aegyptio* quidem *militi ludibrio habiti, ut . . .* Nat. quaest. VII 31, 2 *Colores meretricios matronis* quidem *non induendos viri sumimus.* Agam. v. 137 *et inter istas mentis obsessae faces, fessus* quidem *et devinctus et pessumdatus, pudor rebellat.*

4. Atque ut veniamus ad compositionem *et quidem*, particularum inter se iunctarum plus sexaginta extant apud Senecam exempla, ex quibus quae huc pertinent breviter indicabo.

Dial. I 6, 4 *Non est ista solida et sincera felicitas: crusta est* et quidem *tenuis.* ib. III 20, 8 . . . *ad pugnam vocavit Iovem* et quidem *sine missione . . .* ib. IV 32, 1 . . . *inhumanum verbum est* et quidem *pro iusto receptum* [ultio et] *talio.* ib. V 3, 5 . . . *cum aliquis sit* et quidem *de inlustribus philosophis, qui illi indicat operas . . .* ib. V 43, 2 . . . *cum victo victorique finis* et quidem *maturus immineat.* ib. IX 14, 3 *Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem* et quidem *insepultam.* Ben. II 12, 2 *Non hoc est rempublicam calcare?* et quidem... *sinistro pede?* ib. II 29, 1 *Vide quam iniqui sint, divinorum munerum aestimatores* et quidem *professi sapientiam.* ib. III 23, 2 . . . *dominam* et quidem *crudelissimam ad supplicium . . . duci . . .* ib. VI 2, 2 *Pars autem beneficii;* et quidem *certissima est, quae fuit.* — Nat. quaest. I prol. 15 . . . *qui putent ipsis animum esse* et quidem *providum.* ib. I 14, 6. I 17, 1. II 32, 1. II 42, 3 . . . *posuerunt supra caput vindicem* et quidem *armatum.* ib. II 59, 8 . . . *constitutum est capitale supplicium* et quidem *constitutione iustissima.* ib. III 15, 1 *placet natura regi terram* et quidem *ad corporum nostrorum exemplar.* ib. III 27,

[1]) cf. Gertz. p. 190, 6 ad h. l. — *equaliusq* codex A; *aequaliter* F. et l. vulg., *aequaliter usque* Haase, quod ipse postea merito retractavit.

10 *nox est* et quidem *horrida* . . . ib. IV praef. 6 . . . *aperire* et quidem *sic ut* . . . ib. IV 13, 11 . . . *febris est* et quidem *eo acrior, quod* . . . ib. VI 1, 1. VI 2, 1. VI 3, 3. VI 3, 4. VI 9, 1. Epist. mor. I 6, 3 (ep. 6) *sciunt* . . . *ipsos omnia habere communia* et quidem *magis adversa.* ib. I 11, 8 (ep. 11) *Iam clausulam epistula poscit, accipe* et quidem *utilem* . . . ib. III 1, 5 (ep. 22) . . . *advoco* et quidem *prudentiores* . . . ib. III 3, 10 (ep. 24) *an aliter debebat imperator,* et quidem *Catonis mori?* ib. IV 1, 12 (ep. 30). IV 8, 4 (ep. 37). ib. V 11 (ep. 51) *Nobis quoque militandum est* et quidem *genere militiae, quo* . . . ib. VI 3, 9 (ep. 55), VI 4, 10 (ep. 56), VI 7, 18 (ep. 59), VI 8, 2 (ep. 60), VII 3, 1 (ep. 65) *aliquid scripsi* et quidem *intentius quam soleo.* ib. VII 4, 27 (ep. 66) *indulgere omnibus* et quidem *impensius laborantibus, quoniam quidem* . . . ib. VIII 2, 36 (ep. 71) *alioquin mora est* et quidem *turpis* . . . ib. IX 1, 2 (ep. 72), X 2, 19 (ep. 78) *risit* et quidem *ex animo* X 3, 1 (ep. 79) *Scyllam saxum esse* et quidem *non terribile navigantibus optime scio.* ib. XII 1, 1 (ep. 83) *Singulos dies tibi meos* et quidem *totus iudicari iubes.* XII 2, 11 (ep. 84) *laborat invidia* et quidem *duplici.* ib. XIII 2, 33 (ep. 87), XIII 3, 12 (ep. 88), XV 1, 11 (ep. 93) *Et paucorum versuum liber est* et quidem *laudandus atque utilis,* ib. XV 3, 61 (ep. 95). ib. XVIII 1, 1 (ep. 104) . . . *febrem* et quidem *subrepentem* . . . ib. XVIII 5, 16 (ep. 108), XIX 4, 22 (ep. 113) *dicant ambulationem animal esse* et quidem *rotundum.* ib. XX 3, 14 (ep. 120) *nec domum esse hoc corpus, sed hospitium* et quidem *breve hospitium, quod* . . . ib. XX 5, 3 (ep. 122). XX 6, 9 (ep. 123) *cludendae sunt aures malis vocibus* et quidem *primis*: *nam* . . . Troad. v. 522 *adest Ulixes* et quidem *dubio gradu vultuque.* Phoen. v. 645 *ne metue. Poenas* et quidem *solvet graves.*

Quibus expositis formula quae est *et quidem* ad rem praemissam definiendam atque amplificandam quam apta sit, quis est, quin intellegat? Et cum Cicero in libris philosophicis multo saepius quam in epistulis illa formula utatur [1]), haut scio an inter rationes, quae Senecam moverunt ut tam frequenter has voces eligeret, etiam illa fuerit quod philosophus id agebat, ut res quas tractabat et accurate et acriter exponeret.

---

[1]) v. Grossm. . l. pp. 48. 49.

5. Interdum vero Senecam etiam *et . . . quidem* scribere ad idem declarandum hisce illustrabo exemplis:

Dial. I 5, 4 *boni viri laborant, impendunt, impenduntur* et *volentes* quidem (= γε), *non trahuntur a fortuna.* Dial. VII 26, 6 . . . *alius adulterum illum induxit . . . , alius saevum in deos, alius iniquum in homines, alius raptorum ingenuorum corruptorem* et *cognatorum* quidem, *alius parricidam* . . . Benef. I 15, 3 *Tunc iuvat accepisse beneficium* et *supinis* quidem *manibus, ubi*... ib. II 14, 3 *Falsum est: immo de te* [queretur] et *merito* quidem . . . (Nat. quaest. IV 2, 6 *Deinde inultum inter rapidam insaniam Nili* et *reciprocos* quidem *fluctus volutati tandem tenuissimos canales tenent* . . . [1])

Epist. mor. XIII 2, 9 (ep. 87) *M. Cato Censorius . . . cantherio vehebatur* et *hippoperis* quidem *inpositis, ut secum utilia portaret.* Thyest. v. 495 *Venit in nostras manus tandem Thyestes, venit* et *totus* quidem.

Iam **Curtius Rufus** leges fere sequitur ab aliis quoque servatas.

1. V 9, 1 *Nos vero, inquit . . . regem in aciem sequemur, ea* quidem *mente ut* . . . VIII 8, 22 . . . *praeditum optimis moribus artibusque . . . non tantum occiderit, sed etiam torserit indicta* quidem *causa.*

2. IV 10, 29 *Odisti me, non* quidem *provocatus: sed finge* . . . VI 10, 21 . . . *cubiculum regis solus intravi, ferro* quidem *cinctus.* VIII 7, 4 *Quota pars Macedonum saevitiae tuae superest? quotus* quidem *non e vilissimo sanguine?* [2]) III 11, 20 *Sed iam illa quoque victor intraverat omni quidem opulentia ditia.*

3. Addam oportet X 4, 1 ubi *et quidem* legitur: *Quousque . . . animo tuo etiam per supplicia* et quidem *externi moris obsequeris?*

Et Curtius quidem pauca praebet illius usus exempla, plura ex **Quintiliano** adscribam.

1. Ex quibus formulae *eo quidem validius quod* et *eo quidem magis quod* cum illis, quas supra ex Senecae scriptis protuli, comparari possunt. II 5, 5 *demonstrare virtutes vel . . . vitia, id professionis . . . maxime proprium est,* eo quidem validius, quod *non . . . postulo.* II 16, 18 *quid tam dignum cultu ac labore du*

---

[1]) rectius hic locus, cum *quidem* ad solam vocem *reciprocos* pertineat in p. 4 ponitur.

[2]) cf. Vogel ad h. l.

camus . . . quam quo ipsi homines ceteris animalibus praestant, eo quidem magis, quod *nulla in arte plenius labor gratiam refert?*

2. Bis invenitur *his quidem verbis:* II 21, 5 et III 6, 45. Praeterea haec occurrunt: IV 2, 121 *Ne sententia quidem velut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim, maxime* quidem *brevi interiectione, qualis est . . .* VIII 6, 58 *Sunt etiam, qui haec . . . tropos dicant, acri* quidem *ratione, quod . . .* II 4, 30 *necesse vero iis . . . aut fastidium moveant . . . aut pudorem . . . : cum eo* quidem, *quod vix ullus est tam communis locus . . .*

3. Quibus addantur: III 1, 14 *Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit noto* quidem *illo . . . versu ex Philocteta frequenter usus.* IV 1, 63 *Sermonem a persona iudicis aversum . . . quidam in totum a prooemio submovent nonnulla* quidem *in hanc persuasionem ratione ducti.*

IX 2, 56 ex Cic. Mil. 12, 33 est depromptum.

4. Particulae autem *et quidem* leguntur his locis: I 5, 48 *fiunt soloecismi* et quidem *plurimi per partes orationis.* II 3, 2, IV 1, 57, IV 1, 68, V 10, 95, V 11, 42. *Ponitur a quibusdam* et quidem *in parte prima deorum auctoritas.* VII 2, 24 *cuius actionem* et quidem *solam in hoc tempus emiseram . . .* X 5, 7 *an vero ipsi non bis ac saepius de eadem re dicimus* et quidem *continuas nonnumquam sententias?* XI 1, 56 *in quibus non solum cantare . . . aut lascivire, sed ne argumentari quidem nisi mixtis* et quidem *ita, ut ipsa probatione magis emineant, adfectibus decet.* XII 1, 38. cf. IX 4, 144. [1])

5. Neque desunt loci, in quibus eodem sensu *et . . . quidem* legitur: IV 1, 21 *Sed adhibendi modus alter ille frequens et favorabilis . . . alter autem asper et rarus, quo minatur corruptis accusationem* et *id* quidem *in consilio ampliore utcunque tutius . . .* V prooem. 1 *Fuerunt* et *clari* quidem *auctores, quibus solum videretur oratoris officium docere.* IX 3, 60 . . . *hic unum verbum* et *manifestum* quidem *desideratur.* IX 4, 52 *Est igitur in pedibus* et *metricis* quidem *pedibus . . .* X 1, 34 et *is* quidem *maximus.*

6. Praeterea invenitur apud Quintilianum copulatio *atque . . quidem*: II 17, 32 *respondebo propositis* atque *ita* quidem *ut*

---

[1]) *sunt, et quidem illa maximi laboris* Spalding. *quidam* G (cod. Bambg. cf. Meister praef. VI).

appareat ... IV 2 96 *Nisi tamen in omnibus verbis et amorem patrium* atque *hunc* quidem *ardentissimum ostenderit* . . ., *suspicione* . . . *non carebit.* VII 4, 1 *Est autem qualitas alia de summo genere* atque *ea* quidem *non simplex.* cf. IX 3, 40, ubi Quintilianus Ciceronis verbis utitur.

Reliquum est, ut **Plinii minoris** usum persequamur. Ac primum

1. notae illius formulae *adeo quidem ut* quattuor in promptu sunt exempla: ep. III 1, 1; IV 11, 13; VII 11, 4; IX 13, 19.

Deinde ter scribit *his quidem verbis*: II 1, 9; III 9, 13; VIII 6, 10.

2. Quibus haec addo exempla: I 5, 3 *Lacerat Herennium Senecionem, tam intemperanter* quidem, *ut dixerit ei Mettius Carus* . . . II 11, 23. *ipse praeterea accepisse* [probabatur] *sestertia decem milia, foedissimo* quidem *titulo* . . . III 5, 17 . . . *tot ista volumina peregit electorumque commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos* quidem *et minutissime scriptos.* VI. 16, 13 *tum se quieti dedit et quievit verissimo* quidem *somno.* VII. 6, 9 *Defenderam reos ingenti* quidem *coetu: erat enim causa notissima.*

VII 7, 1. *Et proxime Prisco nostro et rursus, quia ita iussisti, gratias egi, libentissime* quidem. IX 28, 5 [litteras] *prima quaque occasione mitte, appositis* quidem *usuris, quas ego* . . *centesimas computabo.*

Paneg. 71. *iam* . . . *quo gaudio exceptum est, cum candidatis* . . . *osculo occurreres, devexus* quidem *in planum et quasi unus ex gratulantibus.*

3. Plus viciens vero compositione *et quidem* usus est: epist. I 6, 1 *Ego ille quem nosti apros tres* et quidem *pulcherrimos cepi.* I 10, 10 *Ille me consolatur, adfirmat etiam esse hanc philosophiae* et quidem *pulcherrimam partem, agere negotium publicum* . . . I 12, 1; II 9, 3; II 13, 11; III 1, 7; 5, 11; 9, 28; IV 9, 14; IV 15, 3; V 8, 5; VI 5, 1; VII 20, 6; VII 25, 6; VIII 16, 1; 18, 4; IX 22, 1; 23, 2. ad Traian. imperat. 39, 5. — Paneg. 5; ibid. 62.

Satis multa mihi videor protulisse exempla quibus particulam *quidem* singulas voces efferre et confirmare illustrarem. Et quoniam, quid de singulis scriptoribus iudicandum videatur,

melius mea quidem sententia ubi de omni re faciam iudicium, dicam, nunc illud quod altero loco proposueram explicabo:

quomodo *quidem* aut una cum voce quam confirmat in initio enuntiatorum positum aut cum coniunctionibus copulatum sententias quadam ratione nectat.

II. a)

Atque ut prius de priore parte dicam, duplici ratione particulam quidem coniungere enuntiata et continuare dici posse censeo. Nam 1) aut ea quae praecedunt, per ea quae adiunguntur, uberius explanantur, comprobantur, exemplis declarantur, ut quasi sistat oratio; 2) aut iis quae exposita sunt *nova* adduntur transitusque fit ab una re ad aliam. Iam vero in utroque casu, omni coniunctionis copula omissa, illa vox quae rem maxime continet non raro in ipso enuntiati initio ponitur ipsique adiungitur *quidem.* Quod *quidem* continuativum vocant, non quo ipsa particula per se sola vim coniungendi atque continuandi habeat, sed cum, ut supra declaravimus, vi sua rem unam prae aliis extollat, facile fit, ut eadem illa res ad alia referatur ipsaque relatione, rem nostram si respicimus, res ipsae necti et coniungi videantur. Qua in re ne illud quidem parvi faciendum est, — quod Kühner gr. graec. II. § 511, 7 docet, — eodem modo eademque omnino vi particulam γε a Graecis usurpari. Germani particulam interpretari solent vocibus: *nemlich*, *denn; was* . . *anbetrifft, ferner*, *auch*, *übrigens*, *aber* . . ., sed saepe nullo modo reddunt. Quem particulae usum iam ante Ciceronis aetatem exstitisse ab ipsoque Cicerone confirmatum et auctum esse Grossmannus l. l. p. 70 seqq. ostendit; eundem quomodo praeclarissimi illi argenteae aetatis scriptores aut amplificaverint aut imminuerint, equidem hoc loco exponere conabor.

Iam illud manifestum est, neminem illorum frequentius quam Plinium maiorem particulam *quidem* ad continuandam orationem adhibuisse, quippe qui in naturali historia ducenta fere praebeat huius usus exempla. Ac mihi illam tantam locorum copiam intuenti quaerendum videtur, quid sit, cur totiens hac dicendi ratione utatur, et quidnam singulare et Plinii proprium in hoc usu dici oporteat. Quod quo diutius considero, eo magis non aliunde nisi ex universa illius scribendi consuetudine repetendum esse intellego.

Etsi enim omnes fere illius aetatis scriptores studium illud, quod quidem Ciceronis aetate viguerat, vinciendi orationem longosque et ut ita dicam rotundos verborum ambitus componendi remiserant atque laxaverant, tamen haut scio an nemo aptam verborum structuram sententiarumque coniunctionem magis neglexerit quam Plinius. De quo J. Müller: „Der Stil des älteren Plinius" haec statuit p. 22: *Die bei anderen Schriftstellern so beliebte und der Gliederung der Periode so günstige Abwechselung, indem Coniunctionalsätze Participia u. Abl. abs. sich ablösen* [ist] *bei Plinius selten* . . . Et p. 23: *Es überwiegen durchaus kurze Hauptsätze* — [diese] *finden sich oft zahlreich zusammen* . . . [Es] *geht da die Abgerissenheit der Rede nicht selten sehr weit* . . . p. 28: *Überaus häufig aber sind lose angefügte Bemerkungen* cf. p. 33 seqq. *Parataxis statt Hypotaxis.*

Quae cum ita sint, Plinium abiectis aliis artificiis in enuntiatis laxiore quadam ratione positis et in sententiis omissa particula subiunctis verba ut ita dicam eminentiora praemisisse ipsisque *quidem* addidisse non est quod magno opere miremur. Ac ne illud quidem silentio praetereundum est, quod saepe Plinius, ubi alii scriptores enuntiata particulis *et . . . quidem, ac . . . quidem, sed . . . quidem, nam . . . quidem* sim. conectunt, particulam *quidem* solam ponit.

Quae omnia probanda sunt exemplis, ex quibus pauca perscribam, notabo plurima.

n. h. III 17 *Baeticae longitudo nunc a Castulonis oppidi fine Gadis* $\overline{\text{CCL}}$ *et a Murgi maritima ora* $\overline{\text{XXV}}$ *p. amplior, latitudo a Carteia Anam ora* $\overline{\text{CCXXXIIII}}$ *p. Agrippam* quidem *in tanta viri diligentia . . . errasse quis credat et cum eo divum Augustum? is namque* . . . VII 21 *Praecipue India Aethiopumque tractus miraculis scatent. maxima in India gignuntur animalia. indicio sunt canes grandiores ceteris. arbores* quidem *tantae proceritatis traduntur, ut sagittis superiaci nequeant* . . . VII 55 . . . *L. Plancus orator histrioni Rubrio cognomen imposuit, rursus Curioni patri Burbuleius, itemque Messalae censorio Menogenes, perinde histriones. Surae* quidem *proconsulis etiam rictum in loquendo contractionemque linguae et sermonis tumultum, non imaginem modo, piscator quidam in Sicilia reddidit.* VIII 29 *Et terram edisse his* (*elephantis*) *tabificum est, nisi saepius mandant. devorant autem et lapides. truncos* quidem *gratissimo in cibatu*

habent. VIII 103 *ruinis inminentibus musculi praemigrant, aranei cum telis primi cadunt. Auguria* quidem *artem fecere apud Romanos et sacerdotum collegium vel maxime sollemne.* X 19 *Vulturum praevalent nigri. nidos nemo attigit. ideo et fuere qui putarent illos ex adverso orbe advolare; falso. nidificant in excelsissimis rupibus. fetus* quidem *saepe cernuntur, fere bini.* X 202 *Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore, occultatique earum ramis in praetereuntia desiliunt atque e volucrum sede grassantur. feles* quidem *quo silentio, quam levibus vestigiis obrepunt avibus!* XI 44 *Alvos quidam in eximendo melle expendunt, ita diribentes, quantum relinquant. aequitas* quidem *etiam in iis obstringitur, feruntque societate fraudata alvos mori. in primis ergo* . . . XI 136 *Aures homini tantum immobiles. ab his Flaccorum cognomina. nec in alia parte feminis maius impendium margaritis dependentibus. in Oriente* quidem *et viris aurum eo loci gestare decus existimatur.* XI 283 *Somno concoquere corpulentiae quam firmitati utilius. ideo athletas ambulatione malunt cibos perficere. pervigilio* quidem *praecipue vincuntur cibi.* XV 9 *Oliva constat nucleo, oleo, carne, amurca. sanies haec est eius amara. fit ex aquis, ideo siccitatibus minima, riguis copiosa. suus* quidem *olivae sucus oleum est, idque praecipue ex inmaturis intellegitur* . . XV 108 *Nullus hic aquis nec sucus, ut tamen eo ipso fiat aliquis ac suum genus faciat. sentiri* quidem *aquae saporem ullum sucumve vitium est.* XVI 114 *Biferae et in malis ac piris quaedam, sicut et praecoces. malus silvestris bifera. sequens eius fructus post arcturum, in apricis maxime. Vites* quidem *et triferae sunt* . . XVII 135, 136 *frigida enim et aquosa verno conseri oportet, sicca et calida autumno. Communis* quidem *Italiae ratio tempora ad hunc modum distribuit: moro ab idibus Febr.* . . . XVIII 71 *hordeum Indis sativom et silvestre ex quo panis apud eos praecipuus et alica. Maxume* quidem *oryza gaudent, ex qua tisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo.* XX 108 *Inter utilissimos stomacho cibos asparagi traduntur. cumino* quidem *addito inflationes stomachi colique discutiunt, idem oculis claritatem adferunt,* . . . XXIII 42 *Vino demus homines quod soli animalium non sitientes bibimus. aquae potum interponere utilissimum, itemque iugi superbibere. ebrietatem* quidem *frigidae potus extemplo discutit.* XXIV 111 *Vulgaris quoque haec spina ex qua aenae fulloniae implentur radicis usus habet. per Hispanias* quidem *multi et inter odores et ad unguenta utuntur illa aspalathum vocantes. est sine dubio* . . . XXVIII 227 *Fractis*

ossibus praesentaneus maxillarum apri cinis vel suis, item lardum elixum atque circumligatum mira celeritate solidat. costis quidem *fractis laudatur unice caprinum fimum ex vino vetere, aperit, extrahit, persanat.* XXIX 72 *Quin et inesse* [angui] *remedia multa creduntur, ut digeremus, et ideo Aesculapio dicatur. Democritus* quidem *monstra quaedam ex his confingit ut possint avium sermones intellegi.* XXX 116 *Cocleae quoque prosunt eis cum testis suis tusae, cum murra* quidem *et ture etiam praecisos nervos sanare dicuntur* ... 117 *sale viperino in cibo sumpto tradunt et ulcera tractabiliora fieri ac celerius sanari. Antonius* quidem *medicus cum incidisset insanabilia ulcera, viperas edendas dabat miraque celeritate persanabat.* XXXIII 8 *Pessimum vitae scelus fecit qui id* [aurum] *primus induit digitis nec hoc quis fecerit traditur. Nam de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quamquam illi quoque ferreum anulum dedit antiquitas vinculumque id ... intellegi voluit. Midae* quidem *anulum quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur?* .. XXXV 158 *Durant etiamnum plerisque in locis talia simulacra. fastigia quidem templorum etiam in urbe crebra et municipiis, mira caelatura et arte suique firmitate, sanctiora auro, certe innocentiora. in sacris* quidem *etiam inter has opes hodie non murrinis crystallinisve, sed fictilibus prolibatur simpulis* ... XXXVI 14 *patris quoque eorum et Deli fuere opera et in Lesbo insula. Dipoeni* quidem *Ambracia, Argos, Cleonae operibus refertae fuere.*

Praeterea huc referri possunt:

praef. 11 *Te* quidem ... praef. 12 *Mea* quidem ... ib. 20 *Vos* quidem *omnes* ib. 25 *Apion* quidem II 8 *caelum* quidem ... II 14 *innumeros* quidem ... II 16, 17 *Matrimonia* quidem *inter deos credi* ... II 19 *Iovem* quidem *aut Mercurium* ... II 46 *In coitu* quidem ... 48 *spatio* quidem ... 79 *suus* quidem ... 107 *canes* quidem ... 130 *Omnium* quidem ... 168 *Maiorem* quidem ... 201 *Herodoto* quidem *si credimus* ... VII 18 *Feminas* quidem ... 42 *oscitatio* quidem ... 52 *similitudinum* quidem ... 84 *nunc* quidem ... 85 *Myrmecides* quidem ... 89 *Charmadas* quidem ... VIII 156 *Scythici* quidem *equitatus* ... 222 *aurariis* quidem *in metallis* ... IX 17 *in aquas* quidem ... 18 *odorem* quidem ... 57 *terra* quidem ... 178 *umoris* quidem ... X 87

Oenanthe quidem . . . 96 *galgulos* quidem *ipsos* . . . X 102 *rabie* quidem . . . 140 *feminae* quidem . . . 159 *aestate* quidem . . . 164 *mares* quidem . . . XI 7 *Volare* quidem . . . 33 *Summa* quidem *bonitatis* . . . 66 *oleo* quidem . . . XII 129 *in pretio* quidem . . . XIII 8 *e vilissimis* quidem . . . 47 *in ipsa* quidem *Aethiopia* . . . 72 *ex ipso* quidem *papyro* . . . XIV 12 *Ulmos* quidem . . . 115 *nihil* quidem . . . XV 2 *urbis* quidem . . . 135 *laurus* quidem . . . XVI 9 *antiquitus* quidem . . . 162 *Harundini* quidem . . . XVII 11 *circa vergilias* quidem . . . 12 *hiemem* quidem . . . 14 *hiberno* quidem *pulvere* . . . 41 *Operis* quidem *fac* . . . XVII 91 *iuglandum* quidem . . . 94 *Baetica* quidem . . . 128 *Italia* quidem . . . 237 *oleam* quidem . . 240 *nitrum* quidem . . . XVIII 12 *Frugem* quidem . . . 18 *Mani* quidem *Curi* . . . 128 *in cibis* quidem *nostris* . . . 158 *ter* quidem . . . 161 *rubigo* quidem . . . 290 *alterutrum* quidem . . . 360 *caeli* quidem . . . XIX 13 *Italiae* quidem *mos* . . . 26 *Sparti* quidem . . . 29 *est* quidem . . . 50 *Romani* quidem *reges* . . . 51 *Romae* quidem . . . 76 *in totum* quidem . . . 127 *est* quidem . . . 189 *maximum* quidem . . . XX 51 *ad serpentium* quidem . . . 74 *mulierum* quidem . . . 86 *crudus* quidem . . . 192 *Pythagoras* quidem . . . 208 *simplex* quidem *et antiqua illa* . . . XXI 10 *Florum* quidem . . . 57 *erat* quidem . . . *thymo* quidem . . . 68 *Coronari* quidem . . . 89 *Arachidne* quidem . . . 93 *incipiens* quidem . . . 116 *feminis* quidem . . . 125 *folia* quidem . . . XXII 6 *Corona* quidem . . . 108 *mellis* quidem *ipsius* . . . 118 *salutem* quidem . . . 128 *esse* quidem . . . 145 *stomachi* quidem . . . XXIII 43 *merum* quidem . . . 94 *potum* quidem . . . 133 *silvestrium* quidem . . . XXIV 118 *oris* quidem . . . XXV 22 *Fuit* quidem . . . 41*alvo* quidem . . . 67 *in Lycia* quidem . . . 94 *Arcades* quidem . . . 150 *potu* quidem . . . XXVI 38 *suum* quidem . . . 90 *agarico* quidem . . . 99 *in totum* quidem . . . 138 *taminia* quidem . . . XXVIII 9 *vitam* quidem . . . 13 *prisci* quidem . . . 19 *defigi* quidem . . . 71 *cinere eo* quidem . . . 147 *taurinus* quidem . . . 171 *fel* quidem . . . 199 *ventris* quidem . . . 220 *podagras* quidem . . . 257 *dentes* quidem . . . XXIX 58 *aditialibus* quidem *epulis* . . . 69 *Caput* quidem . . . 82 *sanguine* quidem . . . 107 *caput* quidem . . . XXX 26 *pruritum* quidem . . . 29 *omnium* quidem . . . 64 *Magi* quidem . . . 95 *bubonis* quidem . . . XXXI 33 *nivem* quidem . . .

34 *pluvias* quidem ... 39 *In natando* quidem ... 51 *In Sicilia* quidem ... 65 *testium* quidem ... 76 *ferunt* quidem ... 94 *scombros* quidem ... XXXII 46 *contra crocodilorum* quidem ... 47 *draco* quidem ... 49 *Democritus* quidem ... XXXIII 13 *est* quidem ... 28 *celebratior* quidem ... 35 *equitum* quidem ... 141 *Numantia* quidem *deleta* ... XXXIV 18 *Caesar* quidem *dictator* ... 150 *ferunt* quidem ... XXXV 4 *Imaginum* quidem ... 14 *Maiorum* quidem *nostrum* ... 57 *Panaenus* quidem ... 77 *semper* quidem ... 167 *ab Oropo* quidem ... 169 *inlini* quidem ... 173 *Lacedaemone* quidem ... XXXVI 27 *Romae* quidem ... 44 *versicolores* quidem. XXXVII 101 *Indicae* quidem.

Quibus exemplis allatis quam vere dicatur Plinium neglecta artificiosa sententiarum coniunctione verborumque circumscriptione saepe particula quidem enuntiata continuare perspicuum et apertum esse puto. Quo in genere illud non minus mirum est, ipsum multo rarius sententias a pronomine relativo quam a pronomine demonstrativo vel determinativo incipientes subiungere. Pronomini enim relativo addit particulam quidem his solis locis:

n. h. II 200 *creberrimus* [terrae motus] *Punico bello* ... quo quidem *anno ad Trasimenum lacum dimicantes maximum motum nec Poeni sensere nec Romani.* VII 129 quam quidem *iniuriam lucri fecit ille mercatus in luctu civitatis* ... IX 60 *nullo* nunc *in honore est,* quod quidem *miror, cum sit* ... XVIII 22 *Poenus* ... *Mago,* cui quidem *tantum honorem senatus noster habuit Carthagine capta ut* ... XXV 23 Qua quidem *in reputatione misereri sortis humanae subit* ... XXXIII 15 quod quidem *in augurio intellectum est.* XXXVII 124 quae quidem *scripsisse eos non sine contemptu et inrisu generis humani arbitror.*

Sententiae vero a pronomine demonstrativo et determinativo incipientes subiunguntur his locis:

n. h. II 226 *Nihil in Asphaltite Judaeae lacu qui bitumen gignit mergi potest, nec in Armeniae maioris Aretissa.* is quidem *nitrosus pisces alit.* X 100 *ne cui frequentior conversatio suspecta sit, transferunt alio* [perdices ova]. illae quidem *et maritos suos fallunt.* X 101 *victum aiunt venerem pati.* id quidem *et coturnices Trogus et gallinaceos aliquando, perdices vero a do-*

mitis feros et novos aut victos iniri promiscue. XI 114 hoc quidem *et aves infestat.* XI 124 *in* hoc quidem *genere et feminis tribuit, in multis tantum maribus.* XVII 85 id quidem *in horam diei quintam vel octavam spectare maluerim.* XVII 258 id quidem *soli natura decernet.* XXXI 77 ibi quidem *caeditur specularium lapidum modo.* XXXI 83 *Hispaniae quadam sui parte e puteis hauriunt muriam appellantes.* illi quidem *et lignum referre arbitrantur.* XXXIV 40 id quidem *providisse et artifex dicitur* XXXIV 92 hunc quidem *et pictorem fuisse tradunt.* XXXV 178 *Est vero liquidum bitumen, sicut Zacynthium et quod a Babylone invehitur.* ibi quidem *et candidum gignitur.* XXXVI 4 id quidem *falso.* cf. X 11, XVI 62, XVII 217.

Quae qui diligentius perpenderit, non dubitabit, quin Plinius pronomine demonstrativo et *quidem* particula singulari quodam modo usus sit. aliis enim in locis secundum communem dicendi rationem pronomen relativum exspectamus, in aliis aliam verborum structuram.[1]) Quodsi addideris illum pronomini demonstrativo et relativo *quidem* adiungere ad membrum aliquod orationis agglutinandum, id quod supra pp. 13. et 14. exposui, facile quantum in hoc usu a reliquorum consuetudine discrepet iudicabis.[2])

---

[1]) Saepe etiam Cornelius Nepos loco pronominis relativi demonstrativum ponit, quod optime ostendit B. Lupus „Der Sprachgebrauch des Cornelius Nepos" p. 115. Sed quoniam alio modo Cornelius Nepos, alio modo Plinius sententias conectit atque coniungit, non iam quod H. Brunn. Sitzungsber. d. Münch. Akad. 1. Mai 1875 I p. 322 inde concludit sequi videtur.

[2]) Operae pretium erit locos in quibus Plinius ad pronomina *quidem* apponit sub uno aspectu ponere.

Ac primum bis et viciens addit pronomini hic: 1) hos *quidem* VII 27; 2) hunc *quidem* VII 80 et 3) XXXIV 92; 4) haec *quidem* II 192; 5) II 240; 6) VII 158; 7) X 130; (II 192 et h. q.) 8) in his *quidem* IX 178; 9) hoc *quidem* XI 114; 10) XVII 217; 11) XXXI 109; 12) XXXIII 96; 13) XXXV 12; 14) XXXVI 100; (ter *et hoc q.*) 15) in hoc *quidem genere* XI 124; 16) hae *quidem* XVI 218; 17) et hic *quidem* XXVI 8; 18) huius *quidem* XXVIII 239; 19) XXXVI 111; 20) hi *quidem* XXXVII 86; 21) et hi *quidem* XXXII 26; 22) XXXVI 159.

Deinde quater pronomini *ille*: 1) illae *quidem* VIII 139; 2) X 100; 3) illud *quidem* XI 193; 4) illi *quidem* XXXI 83.

Ne semel quidem post pronomen *iste*, quater vero deciens post pronomen *is* ponit: 1) is *quidem* II 226; 2) XVI 14; 3) XXXI 78; 4) id

Saepissime Plinium *quidem et* [= etiam, auch] atque *quidem etiam* scribere non mirabitur qui eum res potius enumerare quam artificiose componere consideraverit.

Ab usu illo Pliniano plane abhorrere videtur **Tacitus**, ex cuius scriptis haec sola posse promi videntur:

dial. 17, 24 *si . . . pertraxisset . . ., aeque idem et Caesarem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse. proximo* quidem *congiario ipsi vidistis plerosque senes . . .*

Agric. 43, 10 *. . . et libertorum primi et medicorum intimi venere, sive cura illud sive inquisitio erat. supremo* quidem *die momenta ipsa deficientis . . . nuntiata constabat . . . a. XV 2, 12* (in oratione Vologesis) *si cunctatione deliqui, virtute corrigam. vestra* quidem *vis et gloria in integro est.*

Quid? quod pronomine relativo ad nectendas sententias non plus quam ter utitur? [1])

---

quidem II 52; 5) X 11; 6) X 101; 7) XVII 85; 8) XVII 258; 9) XIX 74 (et id q.); 10) XXXIV, 40; 11) XXXVI 4; 12) eo *quidem* XXVIII 71; 13) ea *quidem* XVI 62; 14) eas *quidem* XXVIII 228.

Legitur ibi *quidem*: VIII 228; XVI 58; XXXI 77; XXXIV 178; ipse *quidem*: VII 14; XIII 47; XIII 72.

Praeterea additur *quidem* pronomini personali: 1) praef. 2 *et* nobis *quidem*; 2) praef. 11 Te *quidem*; 3) praef. 20 Vos *quidem*; 4) XXVI 164 nos *quidem*; 5) XXXIII 146 se *quidem.*

pronomini possessivo: 1) praef. 12 Meae *quidem*; 2) II 79 suus *quidem*; 3) XV 9 suus *quidem.*

De forma *equidem* v. pp. 32 seqq.

[1]) Tacitus pronominibus addit *quidem* his locis: Germ. 41, 1 *Et* haec *quidem*; hist. I 8, 1 *Et* hic *quidem*; a. IV. 29, 5 *sed* hi *quidem*; a. XV 44, 1 *Et* haec *quidem.*

Germ. 10, 9 *et* illud *quidem*; a. I 42, 2 *sed* illum *quidem;* a. III. 53, 9 *sed* illi *quidem;* a. IV 17, 9 *et* illi *quidem;* a. IV 35, 6 *an* illi *quidem*; a. IV 62, 14 *et* illi *quidem;* a. V 6, 4 *et* ille *quidem;* a. VI 5, 7 illos *quidem.*

Legitur id *quidem*: dial. 9, 27; h. IV 58, 20; a. VI 48, 22; *et* ipse *quidem* Agric. 44, 6; *apud* me *quidem* dial. 27, 3; mihi *quidem* dial. 33, 1; tu *quidem* h. I 15, 23; Vos *quidem* h. I 84, 1; Vos *quidem* a. I 22, 4; sibi *quidem* a. IV 28, 11; tu *quidem* a. IV 40, 19; se *quidem* a. XIII 46, 5; se *quidem* a. XVI 17, 21. meam *quidem* a. I 43, 5. *Et* tua *quidem* a. XIV 55, 11. vestra *quidem* a. XV 2, 12.

Alias formas me legisse non memini.

a. XIII 5, 4 quod quidem *adversante Agrippina, tamquam acta Claudii subverterentur, obtinuere patres.* a. XIV 54, 3 *cetera invidiam augent,* quae quidem, *ut omnia mortalia infra tuam magnitudinem iacet, sed mihi incumbit*... a. XV 74, 13 quod quidem *ille decernebat* . . .

Saepius Tacitum *et . . . quidem, sed . . . quidem* . . . ad nectendam orationem usurpare in altero huius partis capite exponetur. Et haec quidem de Tacito. nunc de **Seneca** dicendum est, apud quem haec repperi exempla:

dial. VII 21, 2 (de vita beata): *non abigit illa a se* [philosophiae studiosus], *sed abeuntia securus prosequitur. Divitias quidem ubi tutius fortuna deponet quam ibi, unde sine querela reddentis receptura est?* Benef. I 3, 3 (2) *Quorum quae vis sit . . . dicam, si prius illa, quae ad rem non pertinent transsilire mihi permiseris: quare tres Gratiae et quare sorores sint . . . Alii* quidem *videri volunt unam esse quae det beneficium . . . alii* . . . Ben. II 25, 3 *Qui gratus futurus est, statim dum accipit, de reddendo cogitet. Chrysippus* quidem *dicit, illum velut in certamen cursus compositum . . . opperiri debere tempus suum* . . . Ben. VI 43, 3 *Praestat esse in utrumque facilem: si vult recipere, referamus . . . dignus est, cui utrum volet liceat. Opinionem* quidem *et famam eo loco habeamus, tamquam non ducere, sed sequi debeat.* Epist. mor. IV 1, 13—14 (ep. 30) *Fateor ergo ad hominem mihi carum ex pluribus me causis frequentius venisse ut scirem an . . . numquid cum corporis viribus minueretur animi vigor. qui sic crescebat illi, quomodo manifestior notari solet agitatorum laetitia, cum . . . Dicebat* quidem *ille Epicuri praeceptis obsequens* . . . Dial. III 3, 5 *irasci* quidem . . . dial. IV 36, 3 *speculo* quidem . . . *Iratis* quidem . . . dial. VII 20, 6 *Vos* quidem . . . dial. XII 3, 2 *lamentationes* quidem . . . Benef. V 24, 1 *Meministi* quidem . . . Nat. quaest. IV praef. 8 *hominem* quidem . . . Epist. mor. IX 1, 3 (ep. 72) *Tempus quidem* nullum . . . ib. XII 1, 7 (ep. 83) *fremitum* quidem . . . ib. XIII 1, 1 (ep. 86) *animum* quidem . . . ib. XIV 2, 4 (ep. 90) *mutis* quidem *gregibus* . . . ib. XX 7, 13 *bonum* quidem . . .

Ter formula *adeo quidem . . . ut,* bis *eo quidem magis . . . quia* sententiae continuantur et coniunguntur:

Benef. I 1, (12) 13 *nunc est virtus dare beneficia non utique reditura, quorum a viro egregio statim fructus perceptus est.* Adeo

quidem *ista res fugare nos . . . non debet*, ut *si spes praecidatur . . . malim non recipere beneficia quam non dare.* ib. III 18, 4 Adeo quidem *dominis servi beneficia possunt dare*, ut *ipsos saepe beneficii sui fecerint.* Nat. quaest. III 29, 1 Adeo quidem *adfirmat ut . . .* Benef. I 12, 1 *Si arbitrium dandi penes nos est, praecipue mansura quaeremus, ut quam minime mortale munus sit . . .* Eo quidem magis *duratura quaeramus,* quia *numquam admonere debemus.* Nat. quaest. IV praef. 12 Eo quidem magis . . . *confessus es*, quia *speraveras . . .*

Praeterea pronominibus determinativis et demonstrativis [1]) in initio enuntiatorum positis particula *quidem* additur his locis: Dial. VII 13, 1 *In* ea quidem *ipsa sententia sum, . . . sancta Epicurum et recta praecipere et . . . tristia.* Dial. XII 17, 5 *nulli horum patebit pectus tuum: nam ceteris vitiis iampridem clusum est.* Haec quidem *certissima praesidia sunt et quae sola te fortunae eripere possint.* Nat. quaest. VII 14, (3) 4 *nemo dicere audebit, mundum ferri per immensum.* Hoc quidem *de terra dixerunt, cum rationem nullam invenirent . . .* Epist. mor. VI 5, 9 (ep. 57) *quaerendum est, an possit* [animus] *immortalis esse.* Hoc

---

*) Hisce pronominum formis Seneca particulam *quidem* apponit: *haec quidem* dial. XII 17, 5; *haec quidem* benef. IV 29, 1; *hoc quidem* benef. 23, 1; *hoc quidem* nat. quaest. VII 14, 4; *et hoc quidem* epist. m. I 4, 2 (ep. 4); *hoc quidem* ib. III 4, 5 (ep. 25); *hunc quidem* ib. V 12, 6 (ep. 52); *hoc quidem* ib. VI 5, 9 (ep. 57); *hic quidem* ib. XII 1, 4 (ep. 83); *hoc quidem* ib. XIII 3, 6 (ep. 88.); *ad hoc quidem* ib. XIV 2, 46 (ep. 90);

et illum quidem Dial V 40, 3; *illi quidem* dial. XII 9, 6; *illa quidem* dial. XII 19, 2; *ille quidem* benef. IV 37, 2; *Et ille quidem* lud. de morte Claud. 4, 2; *illis quidem* nat. quaest. I 9, 1; *illud quidem* epist. mor. IV 1, 16 (ep. 30); *ille quidem* ib. VI 3, 4 (ep. 55); *illud quidem* ib. IX 5, 4 (ep. 76); *illi quidem* ib. XIV 2, 45 (ep. 90); *illo quidem* ib. XV 2, 5 (ep. 94); *illum quidem* Phaedr. v. 629.

In ea *quidem* dial. VII 13, 1; *Nam* id *quidem* dial. XII 5, 2; eo *quidem:* dial. I 1, 4; I 5, 6; benef. I 12, 1; VI 43, 1; nat. quaest. IV praef. 12; IV 2, 30; epist. mor. VI 8, 1 (ep. 60); XI 1, 6 (ep. 80); eodem *quidem momento* benef. II 30, 2;

pro ipso *quidem* (Catone) dial. II 2, 1; ipsis *quidem* dial. III 16, 7; ipse *quidem* dial. VI 24, 5; ipsum *quidem* dial. X 8, 1; *in* ipsa *quidem* XII 19, 4; ipsum *quidem* benef. II 33, 3; ipse *quidem* nat. quaest. II 9, 4. ego *quidem* dial. II 6, 7; nat. quaest. VI 8, 3; epist. mor. IV 6, 2 (ep. 35); VII 3, 15 (ep. 65).

quidem *certum habe: . . .* ib. XV 2, 3 (ep. 94) *Si quid oculis oppositum moratur aciem removendum est.* illo quidem *obiecto operam perdidit, qui praecipit: sic ambulabis . . .* ib. VI 3, 4 (ep. 55) ille quidem *nulla re sollicitus scit sibi vivere.* cf. Epist. m. IV. 1, 16 (ep. 30).

Huc pertinet Benef. II. 30, 2 *Referre* [beneficia] *facile est: si avarus es, sine inpendio: si iners sine opera.* Eodem quidem *momento quo obligatus es, si vis, cum quolibet paria fecisti . . .*

Raro post pronomina relativa *quidem* ponitur: dial. IV 16, 3 Quos quidem *non simplices dixerim, sed incautos.* benef. III 31, 3 Quo quidem *colligo minimum esse beneficium . . .* nat. quaest. II 34, 4 *non refert, an aliud sit, per* quod quidem *quaerimus . . .* epist. mor. XX 4, 20 (ep. 121) *Ex* quo quidem *adparet.* cf. (ex Senecae oratione) Tac. a. XIV. 54, 3 quae quidem.

Dial. VI 4, 3 quantum quidem *ego sciam.* Lud. de morte Claud. 8, 2 quantum quidem *in illo fuit.*

Dial. VII. 1, 2 Quam diu quidem *passim vagamur* ib. V 16, 1 Quamdiu quidem *nihil tam intolerabile nobis videtur . . .* Epist. mor. I 9, 17 (ep. 9) Quamdiu quidem *illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est.* Epist. XVIII 1, 16 (ep. 104) Quamdiu quidem *nescieris quid fugiendum . . . non erit hoc peregrinari.*

Sequitur, ut in **Curtii Rufi** usum inquiramus. De quo optime, nisi omnia me fallunt, iudicat Vogelius in editione anni 1885, Einleitung und Übersicht über d. Sprachgebr. des Curt. Ruf. §. 156 p. 52: *Sehr hart ist oft die asyndetische Anknüpfung der Sätze. Meist steht dann das Subiect (so oft: ille, illi, rex, Dareus,*

---

ad me *quidem* (Senec.) dial. XII 10, 2; me *quidem* dial. XII 12, 4; *mihi quidem* benef. VI 19, 5; *et* mihi *quidem* ib. VI 19, 5; me *quidem* nat. quaest. IV praef. 16; *verum* mihi *quidem* nat. quaest. IV 4, 1; me *quidem* epist. mor. VII 7, 6 (ep. 69); me *quidem* Phaedr. 873.

Tu *quidem*: dial. X 18, 3; XI 3, 2; XII 2, 4; XII 18, 9, epist. mor. I, 3, 3 (ep. 3).

te *quidem* Oed. v. 294.

ad nos *quidem* epist. mor. X 3, 17 (ep. 79); *in* nobis *quidem* dial. IV 22, 1; nobis *quidem* nat. quaest. V 5, 2; nostri *quidem* epist. mor. XI 3, 19 (ep. 82).

vos *quidem*: VII dial. 20, 6; epist. mor. VI 7, 13 (ep. 59); vobis *quidem* epist. mor. XVI 4, 28 (ep. 99); vestris *quidem* dial. VII 17, 4.

Alexander . . .) oder sonst eiu Tonwort an der Spitze des Satzes mit oder ohne quidem. Ita *quidem* legitur:

III 12, 1 (Tantulo impendio ingens victoria stetit). Rex quidem *Dareum persequendo fatigatus, postquam et nox appetebat . . . in castra . . . pervenit.* III 12, 21 *Itaque orientem tam moderate et prudenter tulit, ad ultimum magnitudinem eius non cepit.* Tunc quidem *ita se gessit, ut omnes ante eum reges et continentia et clementia vincerentur.* VIII 1, 24 Illum quidem . . . VIII 5, 11 Persas quidem . . . VI 10, 22 Mihi quidem obicitur . . . VIII 7, 15 Tu quidem, *si emendari potes, multum mihi debes.* V 10, 15 Ille quidem . . . *effugere properabat.* VI 11, 26 hic quidem *interfectoribus p. ignovit.*

Bis occurrit in parenthesi quam vocant: VI 11, 8 id quidem *Philotas . . . audiebat,* — VIII 5, 8 hic quidem . . . *adulator.* —

Semel pronomini relativo[1]) adhaeret IX 6, 18 — qui quidem *hanc benivolentiam vestram virtute meruisse me iudico* — sed ne isto quidem loco lectio certa est. (cf. X 4 quo quidem *tempore* [Freinsh.])

Multo plura quam Curtius **Quintilianus** illius usus praebet exempla. Neque dubium est quin propius reliquis eiusdem aetatis scriptoribus ad auream quam vocant latinitatem hac quoque in re accedat. Ad quod confirmandum primum illos locos proponam, in quibus *quidem* ad rem, de qua agitur, illustrandam cum nominibus propriis coniungitur.

instit. orat. II 21, 20 seq. *Ita sic quoque recte diximus, materiam rhetorices esse omnes res ad dicendum ei subiectas . . .* (21) Gorgias quidem *adeo rhetori de omnibus rebus putavit esse dicendum, ut se . . . interrogari pateretur, qua quisque de re vellet.*

---

[1]) Pronominibus Curtius Rufus particulam *quidem* addit his locis: hunc *quidem* V 1, 18; hoc *quidem* VI 9, 16; hic *quidem* VI 11, 26; his *quidem* VII 4, 39; hic *quidem* VIII 5, 8; hos *quidem* X 1, 8.

ille *quidem*: IV 12, 1; V 10, 15 (cf. V 13, 25 Freinsh.); *illum quidem* VII 6, 4; VIII 1, 24; *istud quidem* IV 10, 28; *ea quidem* V 9, 1; *id quidem* VI 11, 8; *ipsum quidem* III 8, 7; *ipsi quidem* VII 9, 12; *Et ipse quidem* VIII 2, 28; *ego quidem* X 6, 5; *mihi quidem* VI 10, 22; *tu quidem* III 2, 18; III 12, 25; VI 5, 3; VIII 7, 15. *vos quidem* IV 1, 18; IV 2, 5; *vobis quidem* IX 6, 17; *se quidem* VI 6, 5; VI 9, 18; VIII 10, 29; *qui quidem* v. supra; cf. *quotus quidem* VIII 7, 4.

III 8, 8 Aristoteles quidem . . . IV 1, 72 Aristoteles quidem . . . IV 1, 13 Cicero quidem . . . VI 5, 9 Ciceronis quidem . . . cf. V 10, 10 Celsus quidem . . . IX 1, 25 Cicero quidem . . .

Deinde alia quoque ratione *quidem* et nominibus propriis et aliis verbis appositum sententias continuat.

II 17, 14 *Aristoteles . . . et de arte rhetorica tres libros scripsit et in eorum primo non artem solum eam fatetur sed ei particulam civilitatis sicut dialectices adsignat. multa Critolaus contra, multa Rhodius Athenodorus.* Agnon quidem *detraxit sibi inscriptione ipsa fidem, qua rhetorices accusationem professus est.* III 2, 4 Cicero quidem . . . XII 2, 24 Pyrrhon quidem . . .

XII 7, 11 [in adquirendo] *tenendus est modus, ac plurimum refert et a quo accipiat et quantum et quo usque. paciscendi* quidem *ille piraticus mos . . . etiam a mediocriter improbis aberit.* V 13, 5 *deprecatio* quidem . . . V 13, 53 *ordo* quidem . . . VIII prooem. 12 *materia* quidem . . . VIII 3, 17 *in universum* quidem . . . VIII 6, 31 *Onomatopoeia* quidem . . . VIII 6, 66 *poetae* quidem . . . IX 4, 18 *In contionibus* quidem . . . X 1, 48 *affectus* quidem . . . X 1, 93 *satura* quidem . . . X 1, 101 *affectus* quidem . . . X 3, 9 *oratoris* quidem . . . XI 1, 19 *eloquentiam* quidem . . . XII 9, 5 *veteribus* quidem . . . cf. III 8, 14 . . . VIII 3, 11 . . . XI 1, 68.

Similiter cum pronominibus coniunctum invenitur. IV 2, 82 *at enim quaedam argumenta turba valent, diducta leviora sunt.* id quidem *non eo pertinet, ut quaeratur an narrandum, sed quo modo narrandum sit* I 12, 8 Illud quidem . . . II 4, 34 *ea quidem, de quibus* . . . VI 3, 28 *in hac quidem pugna* . . . X 1, 67 *illud quidem* . . . XI 3, 27 *illa quidem* . . . XI 1, 26 (Quint. Ciceronis verbis utitur cf. Cic. Phil. II 1, 2.) *hoc quidem* . . . Addatur VI 3, 3 *Mihi quidem* . . .

Et quoniam, quomodo pronomina inter particulas *et . . . quidem, ac . . . quidem, nam . . . quidem, sed . . . quidem* interponantur, in altero capite explanabo, nunc breviter quibus locis pronomina relativa cum particula *quidem* coniungantur, dicam.

I 2, 2 *tractanda quaestio est, utiliusne sit domi atque intra privatos parietes studentem continere an frequentiae scholarum . . . tradere.* quod quidem *cum iis a quibus clarissimarum civitatium*

mores sunt instituti, tum eminentissimis auctoribus video placuisse. I 4, 3; I 5, 19; I 5, 22; I 7, 16; II 1, 7; II 4, 28; II 4, 33; II 7, 1; II 10, 1; II 13, 11; II 16, 5; II 16, 12; II 17, 2; II 20, 3; II 20, 7; II 21, 20; III 3, 1; III 7, 25; IV 2, 37; IV 3, 2; IV 5, 2; V 10, 30; V 14, 3; V 14, 28; VI 2, 25; VI 2, 30; VI 3, 17; VI 3, 45: VI 4, 3; VII prooem. 4; VII 2, 19; VIII 3, 76; VIII 6, 4; IX 1, 19; IX 2, 62; IX 2, 106; IX 3, 44; IX 4, 16 (quidem coni. Spalding v. Meist. ad h. l.); X 1, 35; X 3, 6; X 6, 4; X 7, 20; XI 3, 61; XI 3, 117; XI 3, 119; XII 2, 10; XII 2, 20; XII 5, 5; XII 7, 10; XII 10, 3; XII 10, 74.

Nihil igitur antiquius habet Quintilianus quam ut eodem fere modo quo Cicero post pronomina relativa ponat particulam *quidem* ac dubito sane an, si quis quae exempla Merguetus in uno conspectu proposuit (cf. lexic. Ciceronian. IV p. 167) cum iis quae supra commemoravi contulerit, nihil quo differant inveniat nisi quod paulo frequentius Cicero quam Quintilianus[1]) coniunctivum ponat.[2])

---

[1]) Quater hic ponit coniunctivum — II 4, 33; II 16, 12; VI 2, 30; XII 10, 3. — reliquis duodequinquaginta locis indicativus legitur.

[2]) Quandoquidem in ratione scribendi Ciceronem Quintilianus sibi imitandum proposuit, non mirabimur multis eum locis ad pronomina *quidem* apponere. Quos locos breviter commemorare non erit inutile.

et haec quidem II 10, 8; *haec quidem* II 13, 3; *his quidem* II 21, 5; III 6, 45; *atque hunc quidem* IV 2, 96; *Et haec quidem* V 10, 38; *in hac quidem* VI 3, 28; *et haec quidem* VII 1, 39; *et de hoc quidem* VII 10, 5; *sed hoc quidem* VIII 3, 11; *sed horum quidem* VIII 5, 20; *sed haec quidem* IX 2, 41; *in hac quidem* IX 4, 118; *et haec quidem* X 3, 1; *nam sine hac quidem* X 3, 2; *huius quidem* X 5, 1 (huius coni. Bursian); *Et haec quidem* X 7, 7; *sed in his quidem* XI 1, 68; *Et hi quidem* XI 3, 88; *hoc quidem* XII 9, 10.

et illa quidem I 8, 13; *illud quidem* I 12, 8; *ille quidem* II 15, 28; *illis quidem* II 12, 12; *et ille quidem* V 10, 64; *ille quidem* IX 3, 13; *illud quidem* X 1. 67; *atque* ille *quidem* X 1, 72; et illos *quidem* XI 2, 12; illa *quidem* XI 3, 27; ille *quidem* XII 1, 26; *nam* illa *quidem* XII 4, 2.

Nam id *quidem* I 6, 10; I 7, 1; II 2, 7; III 11, 26; X 1, 4; *nam* ea *quidem* V 11, 36; *nam* eos *quidem* IX 3, 99; *atque* ea *quidem* VII 4, 1; eo *quidem* II 5, 5; II 10, 3; II 16, 18; *cum* eo *quidem* II 4, 30; ea *quidem* II 4, 34; XII 2, 2; eam *quidem* II 15, 27; *et* id *quidem* IV 1, 21; id *quidem* IV 2, 82; *et* is *quidem* X 1, 34; is *quidem* XI 1, 17.

Iam ex **Plinii minoris** scriptis haec videntur commemoranda;

I 12, 3 *Est enim luctuosissimum genus mortis quae non ex natura nec fatalis videtur* . . . Corellium quidem *summa ratio* . . .*ad hoc consilium compulit* . . . II 11, 15 Caesar quidem . . . II 17, 26 *frugi quidem homini* . . . IV 19, 4 *versus quidem meos* . . . V 5, 5 *Gaius quidem Fannius* . . . VI 5, 4 *Iuventius quidem Celsus praetor* . . . VII 33, 9 *divus quidem Nerva* . . . VIII 1, 2 *Encolpius quidem lector* . . . Paneg. 52 *ante quidem* . . .

Epist. VI 5, 6 *mihi quidem* . . . VII 19, 9 *me quidem* . . . IX 19, 8 *meo quidem iudicio* . . . Paneg. 38. *tu quidem* . . . ib. 71 (19) *mihi quidem* . . . ib. 76 *ipsius quidem* . . . ib 87 *ipsum quidem* . . .

VI 6, 5 *quo magis huic* [Iulio Nasoni] *omissa gloria patris, in qua magnum ornamentum, gratia infirma ipsi enitendum, ipsi elaborandum est.* quod quidem *semper, quasi provideret hoc tempus, sedulo fecit.*

I 5, 14 *quod quidem*; I 14, 3 *qui quidem*; II 7, 5 *quo quidem;* VI 22, 5 *quem quidem;* VI 31, 5 *quam quidem;* VII 31, 4 *quod quidem;* IX 31, 1 *in quibus quidem;* Paneg. 5 *quorum quidem;* 21 *quod quidem*; 25 *quae quidem*; 35 *quos quidem*; 55 *quod quidem;* 69 *quo quidem;* 84 *quo quidem.*[1])

---

et ipsa *quidem* I 10, 36; ipsa *quidem* IV 2, 14; *nam* ipsis *quidem* VI 2, 9.

pronomina relativa v. supra p. 29 seq. nos *quidem* XII 10, 46; me *quidem* V 12, 17; mihi *quidem* II 5, 20; VI 3, 3; X 2, 25; *ac* mihi *quidem* V 10, 90; se *quidem* II 11, 1;

mea *quidem* I prooem. 18; I 2, 3; IV 3, 14; VI 5, 1; VIII prooem. 18; X 7, 1; meo *quidem* VI 3, 107; VIII 6, 52; IX 3, 59; X 1, 69; XI 1, 1.

ego *quidem* v. p. 32.

[1]) Pronominum formae quibus Plinius minor *quidem* addit, hae fere sunt: his *quidem* II 1, 9; III 9, 13; VIII 6, 10; *et* hoc *quidem* II 7, 3; *et* haec *quidem* VII 27, 12; ad Traian. 33, 3.

et ille *quidem* II 1, 7; IX 27, 2; Paneg. 86; *et apud* illum *quidem* VI 16, 16; *et* illos *quidem* IX 3, 2; illud *quidem* III 16, 13; illa *quidem* Paneg. 5 et 25; illi *quidem* Paneg. 12; ille *quidem* ib. 30.

istae *quidem* Paneg. 52.

id *quidem* II 15, 1; eum *quidem* VIII 14, 15; eos *quidem* ep. ad Traian. 79, 4.

pro nobis ipsis *quidem* Paneg. 74; ipsius *quidem* 76; *in* ipsorum *quidem* 81; ipsum *quidem* 87.

Et quoniam multa de pronominum cum particula *quidem* coniunctione diximus, non alienum erit pauca hoc loco de copulatione *ego quidem* et de voce *equidem* subicere. Scriptores quidem in quorum rationem dicendi inquirimus, ad primam personam efferendam et restringendam aut numquam aut raro *ego quidem*, persaepe *equidem* usurpant. Plinius enim maior et Tacitus, quantum vidi, numquam *ego quidem* scripserunt, apud Senecam quater occurrit: dial. II 6, 7; nat. qu. VI 8, 3; epist. mor. IV 6, 2 (ep. 35); VII 3, 15 (ep. 65); apud Curtium semel: X 6, 5, apud Plinium minorem semel: Paneg. 67, apud Quintilianum quinquiens in formulis quibusdam: *ut ego quidem sentio* VI 2, 8; IX 4, 18; *quantum ego quidem sentio* VI 2, 26; *quantum ego quidem sciam* III 1, 19; *quos ego quidem audierim* XII 5, 5.

Iam vero *equidem* saepe legitur, et apud *Plinium* quidem *maiorem* non ut H. Jordanus: Kritische Beiträge z. Gesch. d. lat. Sprache[1]) contendit sexiens et viciens, sed certe septiens et sexagiens: n. h. praef. 16; II 6; II 8; II 91; II 199; II 220; V 12; VII 92; VII 104; VII 115; VII 128; VII 144; VII 175; VIII 153; IX 146; X 50; X 136; XI 273; XII 55; XIII 3; XIII 119; XV 76; XV 135; XVI 214; XVII 1; XVII 267; XVIII 14; XVIII 63; XVIII 166; XVIII 274; XVIII 288; XVIII 303; XIX 32; XXI 13; XXI 83; XXII 2; XXII 10; XXII 15; XXII 95[2]); XXV 5; XXV 24; XXV 144; XXVII 99; XXVIII 85; XXVIII 153; XXIX 21; XXIX 24; XXIX 53; XXX 7; XXX 8; XXXIII 12; XXXIII 38; XXXIII 51; XXXIII 112; XXXIII 124; XXXIV 22; XXXV 10; XXXV 17[3]); XXXVI 47; XXXVI 86; XXXVI 103; XXXVI 124; XXXVII 40;

---

ego *quidem* Paneg. 67.

tu *quidem* II 5, 11; II 13, 3; II 16, 1; VII 14, 1; ad Traian. 61, 1; Paneg. 6; 38; 59;

mihi *quidem* ep. VI 5, 6; Paneg. 71; *ac* mihi *quidem* III 18, 10; me *quidem* VII 19, 9.

te *quidem* IV 8, 4; *de* te *quidem* Paneg. 60; (tibi *quidem* ad Traian. 34, 1).

nobis *quidem* Paneg. 55.

meo *quidem* IX 19, 8; tua *quidem* ep. ad Traian. 1, 1.

[1]) H. Jordan. Kritische Beiträge zur Geschichte der lat. Sprache, Berlin 1879, p. 324 seq.

[2]) v. infra.

[3]) v. p. 36.

XXXVII 61; XXXVII 186; XXXVII 195; XXXVII 197; XXXVII 203.

apud **Tacitum** quinquiens: dial. 7, 1; 21, 1; 26, 15; (27, 3)[1]); Agr. 33, 14; a. III 12, 19. Hinc corrigendum est quod scripsit O. Ribbeckius l. l. p. 42: *noch andere wie Iuvenal und Tacitus vermieden es* (equidem) *gänzlich*, quod repetitur apud Reisig-Haase l. l. I § 262 adnot. 302.

apud **Senecam** deciens: lud. de mort. Claud. 7, 2 v. 6; nat. quaest. prol. 3; epist. mor. VII 3, 21 (ep. 65); XIX 6, 18 (ep. 115); Hercul. v. 415; Troad. v. 310; Med. v. 184; ib. 254; Phaedr. 1119; Oed. 294 (?); [Octav. v. 540];

apud **Curtium** quinquiens deciens: III 12, 18; IV 3, 23; IV 12, 20; V 8, 15; V 13, 3; VI 3, 14; VI 9, 19; VI 10, 5; VII 1, 38; VIII 5, 19; VIII 8, 10; VIII 10, 15; IX 1, 34; IX 2, 21; X 2, 16; (V 11, 10).

apud **Quintilianum** bis et triciens: I prooem. 1; I 7, 32; II 13, 8; II 14, 1; II 16, 9; II 17, 4; II 20, 2; II 21, 19; III 6, 14; VI 1, 38; VI 2, 3; VII 3, 8;[2]) VIII 3, 63; VIII 6, 36; VIII 6, 46 (Verg. Ecl. 9, 7); VIII 6, 48 (Cic. Mil. 2, 5); IX 2, 19 (Cic., Cluent. 1, 4); IX 2, 73; IX 2, 86; IX 2, 100; IX 3, 69; IX 4, 1; IX 4, 79; IX 4, 137; X 1, 126; XI 1, 79; XI 2, 23; XI 3, 5; XI 3, 70 (Verg. Aen. III 620); XI 3, 135; XII prooem. 1; XII 10, 46;

apud **Plinium minorem** duodeviciens: Epist. I, 13, 5; II 10, 5; II 11, 11; II 13, 8; III 3, 1; III 11, 2; VI 2, 7; VI 4, 3; VI 16, 3; VI 17, 5; VII 18, 2; VII 20, 4; VII 29, 3; IX 17, 2; Paneg. 31; 61; 67; 79.

Atque ut melius quae sit illius vocis vis et potestas declaretur: quoniam non ex pronomine *ego* et particula *quidem* (v. Handii Tursell. II p. 422 seqq.; Ribbeckii l. l. pag. 36 seqq.; Reisigii Haas. Vorlesungen über lat. Sprachw. I § 262 not. 302; Jordani l. l. pag. 333 ...), sed ex *quidem* et *e*[3]) composita est, quod

---

[1]) legendum est: *apud* me *quidem*, id quod legitur etiam in cod. Leidensi.

[2]) *equidem* Christ. coni. cf. Meister ad h. l.

[3]) Illud *e* interiectionem esse dicunt eandemque reperiri in vocibus *edepol*, *ecastor* ... (v. Hand. l. l. Haas. l. l. Ribbeck. l. l. p. 26 et p. 41. Corssen. l. l. II. 851 seqq., 857 seqq. 1026 seqq.) quod in dubium revocat Jordan. . . p. 333.

praefixum illam quae inest in particula *quidem* vim etiam auget eique, ut Handii verbis utar, maiorem potestatem demonstrativam addit: facile quam sit idonea particula ad sententiam confirmandam intellegitur. Reddere eam solent Germani vocibus *fürwahr, wirklich, in der That, allerdings,* similibus. Quamquam autem significatione spectata ad nullam refertur personam, usu tamen factum est, ut aut praecipue aut solum referatur ad personam primam verbi singularis et saepe pro *ego quidem* poni videatur. Plinius quidem cum prima persona coniungit *equidem* omnibus locis, qui certi sunt; n. h. XVIII 360 vero, ubi Handius l. l. legit *equidem*, legendum est secundum codices *Et quidam* . . . praedicunt. Neque difficultas oriri potest ex XXV 154, cum quod codices praebent *praecep* e r i m u s recte iam emendatum sit *praeceperim. vis.* Similiter *equidem* cum sola prima persona coniungunt Tacitus, Seneca, Quintilianus, Plinius minor. Ex quindecim autem locis quos supra ex Curtii Rufi scriptis protuli, tres dubii sunt: IV 12, 20; V 13, 3; VIII 8, 10. Ita Vogel. l. l. § 61 scribit: *Die beiden Stellen* (IV 12, 20; V 13, 2) . . . *müssen als kritisch unsicher bezeichnet werden* . . . *Beseitigt worden ist* e q u i d e m *am Satzanfange VIII 8, 10.* Sed ultimum locum (VIII 8, 10) Ribbeckius l. l. p. 37/38 ita explicari posse censet, ut *equidem* referatur ad impero: *Equidem moderationis meae certissimum indicium est quod ne victis quidem superbe impero.* Quem locum comparat cum Cic. ad Att. XIII 26 — Aliter de eodem loco iudicat Jordanus l. l. p. 324. — Ego scribi posse existimo *Et quidem.* Nam et constat in multis multorum scriptorum codicibus *equidem* et *et equidem* saepe confundi, et hoc loco *et quidem* aptissimum esse videtur. Accedit quod apud eundem Curtium X 10, 6 *Et quidem* simili ratione in initio sententiae legitur.

Scribit Jordanus l. l.: *In dem umfangreichsten Denkmal der nachciceronischen Prosa, der Naturgeschichte des Plinius, findet sich* e q u i d e m *nur in ciceronischer Weise gebraucht, wenn ich recht gezählt habe 26 mal* . . . *Der Gebrauch ist bei Plinius in Vergleich mit dem anderer Schriftsteller der Kaiserzeit formelhaft beschränkt* (p. 324). Quae num recte et vere statuerit vir doctissimus videamus. Illud quidem certum est, ut Ciceronem ita Plinium *equidem* cum prima persona singularis, non cum reliquis coniungere. Nonnullis autem in rebus Plinianum usum et Ciceronianum differre non difficile erit probare. Ac primum quidem Plinius non raro *equidem* scribit in sententiis restringentibus (post

pronomem relativum), ubi Cicero non *equidem,* sed aut solum relativum pronomen aut relativum cui *quidem* addit usurpare solet. Ita notissimae sunt formulae illae, *quod quidem sciam, quod quidem legerim, quod quidem invenerim.* cf. praeterea de orat. II 22, 93; Brut. 17 ... v. Dräg. l. l. pp. 527, 528. In quibus exemplis coniunctivum poni vix opus est commemorare. Atqui Plinius non modo iis formulis non utitur, sed ne semel quidem coniungit *qui quidem* cum coniunctivo (v. supra p. 22 et 23). Has vero formulas saepius ponit: *quod equidem sciam*: II 91; X 50; XII 55; XIII 119; *quod equidem inveniam*: XIII 3; XXI 13; XXV 5; XXXVI 47; *quod equidem invenerim* XVIII 166; *quae equidem invenerim* XIX 32; *quod equidem compererim* II 220; VII 128; *quod equidem legerim* XXXVII 61; *quod equidem adnotaverim* VIII 153; *quam equidem fecerim* XXXVII 186.

Simili quadam ratione ubi Cicero *ut quidem* scribit (v. exempla quae Grossm. p. 38 collegit) Plinius *ut equidem* usurpare solet, ut VII 104 *ut equidem arbitror*; VII 115 *ut equidem reor*; XVII 1 *ut equidem arbitror*; XXIX 21 *ut equidem credo;* XXX 8 *ut equidem invenio;* XXXV 10 *ut equidem arbitror.* Liceat addere me apud alios scriptores tales formulas non invenisse.

Deinde ipse Jordanus p. 316 multos affert locos in quibus Cicero *equidem* pronomini *tu* (*vos*) opponit, sed ne huius quidem rei apud Plinium occurrit exemplum. Praeterea in Ciceronis scriptis frequenter *equidem* a particulis *sed, tamen* excipitur, cuius usus apud Plinium fortasse unum exstat exemplum XXIX 24, de quo loco infra disputabitur. — Quod addit Jordanus: *Der Gebrauch ist bei Plinius im Vergleich mit dem anderer Schriftsteller der Kaiserzeit formelhaft beschränkt:* quam vere dicat de aliis scriptoribus non meum est nunc inquirere, illud constat — v. supra p. 32 — apud Plinium et multo maiorem exemplorum copiam et maiorem usus varietatem inveniri quam apud Tacitum, Senecam, Curtium, Quintilianum, Plinium minorem. Sed Jordanus solos viginti sex locos novit, plus quam triginta alios non vidit!

Praeter formulas quas iam attuli, in naturali historia saepius leguntur: *quod equidem miror* XVI 214; XXVIII 153; XXXVII 40; *quod miror*[1]) *equidem* XVIII 303; XXXVI 86; cf. XXI 83; XXXIII 112.

---

[1]) *equidem miror* quater deciens occurrit.

quo nihil equidem duco mirabilius XV 76; *quo nihil equidem probrosius duco* XXII 15; *quo nihil equidem libentius crediderim* XXVIII 85; *qua claritate nihil equidem . . . sublimius duco* XXII 10.

In sententiis relativis ter et triciens invenitur, idque bis et viciens post ipsum pronomen relativum, sexiens post *ut* ponitur (v. supra), octiens post voculam quae est *non*: II 6 *non equidem facile dixerim*; VII 92; XVII 267; XXV 154; XXXIII 124; XXXVII 195; XXXVII 197 cf. XXXIII 38; quater post *nihil* (cf. supra). semel post *nullum* XVIII 63. undeciens in ipso sententiae initio: praef. 16 Equidem ita sentio . . .; II 8; V 12; VII 144; IX 146; XVIII 14; XVIII 288; XXII 2; XXXIII 12; XXXIII 51; XXXIV 22.

His de usu Pliniano expositis quid de Detlefsenii coniectura XXXV 17 iudicandum sit videamus. Scribit enim D.: *exstant certe hodieque antiquiores urbe picturae Ardeae in aedibus sacris, quibus* ego quidem *nullas aeque miror, tam longo aevo durantis in orbitate tecti veluti recentis.*

Hoc loco codices omnes excepto Bambergensi praebent *equidem,* in Bambergensi vero legitur *eo quidem,* quod cum retineri nequeat, Detlefsenius ut quam proxime ad codicis illius, qui sane unus omnium optimus est, lectionem accederet, ex *eo quidem* coniecit *ego quidem.*

Attamen primum *ego quidem* nullo alio loco apud Plinium legitur, *equidem* autem, ut supra demonstravi, pluribus quam sexaginta locis. Deinde *equidem,* quod reliqui codices habent, hoc loco aptissimum videtur. nam *equidem* et saepe ad pronomen relativum apponitur, cuius quidem rei viginti duo exempla proferri possunt, et facile cum verbo *miror* coniungitur, quod quidem quater deciens in naturali historia invenitur. Quae cum ita sint Detlefsenii coniecturam reiciendam esse equidem existimo.

In **Taciti** scriptis affirmative ponitur idemque fere ac *profecto* significat Agr. 33, 14 *Equidem saepe in agmine . . . voces audiebam.* — concessiva vi videtur esse a. III 12, 19 *defleo equidem filium meum semperque deflebo*: *sed neque reum prohibebo . . .* In dial. vero idem significat ac *quod ad me attinet*: dial. 7, 1 *Equidem ut de me ipso fatear, non eum diem laetiorem egi, quo . . .* 21, 1 *Equidem fatebor vobis . . .*; 26, 15 *Equidem non negaverim . . .*

Seneca in tragoediis frequentius quam in aliis scriptis particula *equidem* uti videtur, ubi bis legitur *haut equidem* Hercul. v. 415; Troad. 310. In epistulis bis post ipsum pronomen relativum ponitur: epist. mor. VII 3 21 (ep. 65) *quod equidem non aliter aspicio* . . . XIX 6, 18 (ep. 115) *quo equidem nihil maius existimo.*

Ut Seneca ita **Curtius** particulae usum angustis circumscripsit terminis. Pronomini relativo addit *equidem* IV 3, 23; VI 3, 14; VI 9, 19; VII 1, 38; VIII 5, 19. Concessive, ut ita dicam, utitur particula IV 12, 20 *caligo . . . universam equidem rei faciem non abstulit* (cf. p. 34), *ceterum . . . prohibuit,* V 13, 3 *non equidem vinctum regem,* sed *in periculo esse . . .*

Atque ut de **Quintiliani** quoque consuetudine dicendi pauca subiciam, *equidem* saepissime in initio sententiae legitur, ut II 13, 8; II 16, 9; II 17, 4; II 20, 2; II 21, 19; VI 1, 38; IX 2, 73; IX 2, 86; IX 4, 79; XI 2, 23; XI 3, 5; XI 3, 135. Ipsi pronomini relativo adiungitur II 14, 1; VI 2, 3; VIII 6, 36; IX 4, 137; XII prooem. 1. — *non* et *equidem* copulantur I 7, 32; VIII 3, 63; IX 4, 1; X 1, 126, cf. XII 10, 46 *nihil equidem.* — *haut equidem* XI 3, 70 ex Vergilio est depromptum (Aen. III 620) ut *certe equidem* VIII 6, 46 ex Verg. Ecl. 9, 7. Concessiva vis particulae subiecta est II 14, 1 *quos equidem non fraudaverim debita laude . . ., sed non omnia*; I prooem. 1; I 7, 32; II 14, 1; VIII 3, 63; IX 2, 86; X 1, 126.

Plinius minor, quantum vidi, *equidem* in solis enuntiatis primariis usu recepit. Bis *equidem* a particula *tamen* excipitur: IX 17, 2 *equidem nihil tale habeo, habentes tamen fero . . .* Paneg. 31.

Atque haec quidem hactenus; videamus nunc quomodo particula *quidem* cum coniunctionibus copulata nectat enuntiata.

II. b)

Eius modi copulationes, quantum ego existimare possum, hae fere sunt: *et . . . quidem, et quidem, ac . . . quidem, atque . . . quidem, nam . . . quidem, iam . . . quidem (iam quidem), sed . . . quidem, at . . . quidem, verum . . . quidem, si quidem, quando quidem, quoniam quidem, cum quidem, ut quidem*; de quibus singulis breviter dicam.

I. Ordiamur ab ea, si placet, quae et notissima est et maxime in omnium versatur usu, a copulatione et . . . quidem. Cui quam variam quamque multiplicem **Cicero** tribuat vim atque potestatem, Stammius in libello exponit qui inscribitur Die Partikelverbindung *et quidem* (*ac* — *quidem*) bei Cicero.[1]) (Rössel 1885) Et quoniam ille primum ea congerit exempla in quibus *et . . . quidem* rem de qua agitur aut uberius explicat aut confirmat — v. p. 4 seq. —, ego quoque quae cum illis comparari possunt, prius commemorabo.

Plin. n. h. IX 126 *vivas* [purpuras] *capere contendunt, quia cum vita sucum eum evomunt,* et *maioribus* quidem *purpuris detracta concha auferunt . . .*; IV 91 *et maria quidem . . .*; XVII 216 *et silvestrium quidem . . .*; XVIII 161 *et depastae quidem . . .*; adde: XVI 122 *et abieti quidem . . .*; XVII 154 *et in fico quidem , . .*; XXI 81 *et araneorum quidem . . .* cf. praef. 3; VII 32.

Tac. Agr. 44, 6 et *ipse* quidem . . . *longissimum aevum peregit.*

Senec. nat. quaest. VI 16, 3 *fieri enim non potest, ut non multum ei supersit, ex qua tantum petitur ac sumitur*: et *ad tempus* quidem *quod exeat nascitur*; epist. mor. I 4, 2 (ep. 4) *et hoc quidem peior . . .*

Quintil. III 7, 12 *ipsius vero laus hominis ex animo et corpore et extra positis peti debet.* et *corporis* quidem *fortuitorumque cum levior, tum non uno modo tractanda est*; V 14, 21 *et ratio quidem . . .*; VIII 3, 17 *et honesta quidem . . .*; XII 10, 16 *Et antiqua quidem . . .*

Plin. min. epist. V. 19, 3 *homo probus, officiosus, litteratus,* et *ars* quidem *eius et quasi inscriptio comoedus, in qua plurimum facit*; VI 20, 16 *et ignis quidem . . .* cf. VI 16, 16; IX 3, 2.

---

[1]) Capita, quae Stammius in hac re distinguit, sunt haec: 1) Epexegesierendes *et quidem* = *und zwar, nemlich.* 2) *Et* — *quidem* des Gegensatzes resp. Überganges, i. D. meist nicht ausgedrückt. 3) Steigerndes *et quidem* = *und sogar.* 4) *Et quidem* = *und gleichzeitig, und ausserdem, und ebenso, und doch.* 5) *Et quidem* in der Widerlegung = *ja auch, allerdings, aber.* 6) *Et quidem* = *und wirklich, und in der That.* 7) Das epanaleptische *et* — *quidem.*

Deinde *et . . . quidem* saepissime et ad rem absolvendam et ad transitum efficiendum usurpatur. De qua re Stammius l. l. p. 7: *Eine besondere Anwendung findet das* et . . . quidem . . . *am Anfange oder Schlusse von Theilen der Rede, also in Übergängen.* Et Nägelsbachius Lat. Stilistik[7] p. 612 § 192, 1 a: *Oft wird die Rede fortgesetzt mit dem ersten Gliede eines Gegensatzes. Den Gegensatz leitet der Deutsche ein durch Voranstellung des Wortes, in welchem er ruht, die Fortleitung der Rede mit* nun; *dieses* nun *ist* et, *der Gegensatz wird eingeleitet mit* quidem *und das im Deutschen vorgestellte Wort in* et . . . quidem *eingeschlossen*; p. 613: [es] *bleibt im Lat. das* aber *im zweiten Gliede des Gegensatzes sehr häufig weg*; *im Deutschen aber fällt auch zuweilen im ersten Gliede das fortleitende* nun *aus.* Notum est Graecos loco *et . . . quidem* uti copulatione *καὶ . . . γε*, *καὶ . . . μέν, μὲν δή, μὲν οὖν.* Illustremus iam rem exemplis et ita quidem, ut quomodo altera oppositi pars efficiatur appareat.

Plin. a) n. h. II 192 Et *haec* quidem *arbitrio cuiusque existimanda relinquantur.* ventos *in causa esse non dubium reor.* IV 68. Et *hactenus* quidem *Cycladas servant, ceteras, quae sequuntur, Sporadas.* XVII 140 Et *de arboribus* quidem . . . *sint dicta haec.* Restat *earum ratio* . . . XVII 232 Et *aegrotatio* quidem *fere in his est.* Quaedam *temporum causae* . . . . XVIII 156. Et *morbi* quidem *fere hi sunt.* Remedia *eorum* . . . XXI 66 Et *verni* quidem *flores hi sunt.* Succedunt *illis aestivi* . . . XXI 85 Et *hortorum* quidem *omnis fere peracta ratio est.* Sequuntur . . . XXII 59 Et *boletis* quidem . . . Fungorum . . . XXII 163 Et *frugum* quidem *haec sunt in usu medico.* Ex iisdem . . . XXVII 143 Et *de herbis* quidem *memoria digna hactenus accepimus* . . . in fine *earum* . . . XXXIV 120 Et *Aegyptium* quidem *tale*, alterius *nationis* . . . XXXV 12, Et *hoc* quidem *alienis ille praestitit.* suorum . . . XXXVII 111 et *venatus* quidem *callainis talis est.* sectura . . . cf. II 53 Et *rationem* quidem . . . XVI 100 Et *reliquae* quidem *arbores* . . . robur . . . XVII 41 Et *in frugibus* quidem . . . XXVII 143 Et *animalium* quidem . . . XXVI 8 Et *hic* quidem *morbus* . . .

b) IV 52 Et *maria* quidem . . . *insulae* autem . . .; XIX 100 et *cetera* quidem *cum coepere deflorescunt, ocimum autem* . . .; XXXI 109 Et *hoc* quidem *nascitur, in Aegypto* autem *conficitur* . . . XXXVI 100 Et *hoc* quidem . . . Olympiae autem . . .

c) V 146 Et *gentes* quidem *hae. populi* vero *ac tetrarchiae omnes numero* CXCV; XXI 106 et *in croco* quidem *flos inpellitur caule, in scilla* vero *caulis exit* . . .; XXXVI 159 et *hi* quidem *sectiles sunt. specularis* vero . . .

Tac. a) Agr. 17, 7 Et *Cerialis* quidem *alterius successoris curam famamque obruisset:* sustinuit [que] *molem* . . . *Frontinus;* Agr. 38, 1 Et *nox* quidem *gaudio praedaque laeta victoribus:* . . . proximus *dies* . . . *apparuit;* Germ. 6, 5 Et *eques* quidem *scuto frameaque contentus est;* pedites *et missilia spargunt*; Germ. 10, 10 Et *illud* quidem *etiam hic notum* . . .*:* proprium *gentis* . . . Germ. 41, 1 Et *haec* quidem *pars Sueborum* . . . *porrigitur*: propior . . . *Hermundurorum civitas* . . .*;* h. I 8, 1 Et *hic* quidem *Romae* . . . *habitus animorum fuit;* e provinciis . . .; h. I 16, 26 Et *Galba* quidem *haec ac talia* . . .*:* ceteri . . . h. I 63, 1 Et *Treveros* quidem . . . *securi adiere*: Divoduri . . . h. II 36, 1 Et *proelium* quidem . . . *fuga diremptum*: Macer *ad exitium poscebatur.* h. II 54, 7 Et *Coenus* quidem . . . *poenas luit*: senatorum *periculum* . . . h. II 68, 1 Et *victas* [*victas* add. Haase] quidem *partes* . . . *distraxerat:* apud *victores orta seditio*; a. II 8, 9 et *eques* quidem *ac legiones* . . . *transiere*: postremum *auxiliorum agmen* . . . *turbati* . . . a. IV 42, 11 Et *Votienus* quidem *maiestatis poenis adfectus est*: Caesar *obiectam sibi* . . .; a. IV 62, 14 Et *illi* quidem . . . *cruciatum effugere*: miserandi *magis, quos* . . .; a. V 6, 4 *versa est fortuna,* et *ille* quidem . . . *ignoscit:* ceteri . . .; a. XII 32, 8 *ortae apud Brigantes discordiae retraxere ducem* . . . Et *Brigantes* quidem . . . *resedere*: Silurum *gens* . . .*;* a. XIV 32, 16 *quasi media pace incauti* . . . *circumveniuntur.* et *cetera* quidem *impetu direpta aut incensa sunt:* templum . . *biduo obsessum expugnatumque*; a. XIV 55, 11 . . . *pueritiam, dein iuventam meam fovisti.* et *tua* quidem *erga me munera* . . . *aeterna erunt*: quae *a me habes* . . . *casibus obnoxia sunt.* a. XV 44, 1 Et *haec* quidem *humanis consiliis providebantur.* mox *petita dis piacula.*

b) a. IV 17, 9 Et *illi* quidem . . . *modice perstricti* . . .*;* ceterum *in senatu oratione monuit* . . . a. XVI 35, 7 *specta, iuvenis*; et *omen* quidem *di prohibeant:* ceterum *in ea tempora natus es* . . .

c) h. I 5, 8 Et *Nymphidius* quidem *in ipso conatu oppressus,* sed . . . *manebat* . . . *conscientia;* a. II 63, 13 Et *Ma-*

roboduus quidem . . . *ostentabatur:* sed *non excessit Italia* . . .; a. XI 15, 8 Et *laeta* quidem *in praesens omnia*: sed *benignitati deum gratiam referendam, ne* . . .; a. XIII 57, 12 *quo voto equi, viri, cuncta viva occidioni dantur.* et *minae* quidem *hostiles in ipsos vertebant.* sed *civitas Ubiorum* . . .; a. XVI 4, 13 Et *plebs* quidem *urbis* . . . *personabat certis modis* . . . sed *qui remotis e municipiis* . . . *advenerant* . . .

Senec. a) epist. mor. IX 3, 17 (ep. 74) *cetera opinione bona sunt* et *nomen* quidem *habent commune cum veris;* proprietas *in illis boni non est.*

b) dial. V 40, 3 et *illum* quidem *mitti, crystallina* autem *omnia coram se frangi iussit*; lud. de mort. Claud. 4, 2 Et *ille* quidem *animam ebulliit et ex eo desiit vivere videri. exspiravit* autem . . .; epist. mor. II 5, 2 (ep. 17.) Et *summam* quidem *rei pervides* . . . *partes* autem *nondum satis subtiliter dispicis.*

c) Benef. VI 19, 5 et *mihi* quidem [dedit], sed *nesciens an mihi daret;* nat. quaest. III 25, 5 et *natabit* quidem, sed *paene* . . .; ib. IV 1, 2 et *aestate* quidem *incipit crescere*, sed *adhuc* . . .; ib. IV 11, 5 Et *propius* quidem *est a sole mons quam campus aut valles,* sed *hic* . . .; ib. VII 14, 3 et *cadere* quidem, sed non *apparere an cadat;* epist. mor. XX 4, 15 (ep. 121) et *molli* quidem *culmo,* sed *quo ferat onus suum, constitit.*

d) Nat. quaest. V 8, 2 et *nondum* quidem *radiis aera inpellit, iam* tamen *lacessit* . . .

Curt. a) VII 11, 1 Et *cetera* quidem *pacaverat rex.* Una *erat petra* . . .; VIII 1, 6 Et *Massagetae* quidem *iam refugerant*: Dahae *mille oppressi sunt*; VIII 6, 20 Et *ceteri* quidem *exspectabant stationis suae noctem:* Epimenes . . . *aperit;* cf. V 11, 9 Et *Patron* quidem *egregiam conservati regis gloriam tulerat.* (Eludant me licet . . .).

b) VI 11, 10 Et *ceteris* quidem *placebat, Macedonum more obrui saxis, Hephaestio* autem *et Craterus* . . .

c) V 4, 23 Et *cetera* quidem *haut aegre praeterit*: ceterum *qua se montium iugum paulatim ad planiora demittit. ingens vorago* . . . *iter ruperat.* VIII 2, 28 Et *ipse* quidem *Sisimithres deditionem adnuebat*: ceterum *mater eademque coniunx* . . .

d) X 8, 8 Et *pristina* quidem *regiae species manebat* . . . sed . . . cf. VI 6, 5.

Quintil. a) III 6, 4 Et *nominis* quidem *haec origo:* nunc *quid sit* V 10, 64 Et *ille* quidem *non iis exemplis utitur . . .*; ego *apertiora posui.* VII 2, 41 Et *persona* quidem *nescio an umquam . . . possit incidere, de qua neutra pars dicat*: de causis *frequenter quaeri nihil attinet.* VII 2, 53 Et *scriptor* quidem *semper tueri signatorem necesse habet,* signator *scriptorem non semper.* VII 10, 5 Et *de hoc* quidem *genere dispositionis . . . tradi . . . aliqua potuerunt:* sunt *alia* . . . XI 3, 88 Et *hi* quidem, *de quibus sum locutus, cum ipsis vocibus exeunt voces:* alii *sunt* . . .

b) III 3, 6 Et *Cicero* quidem *in Rhetoricis iudicium subiecit inventioni: mihi* autem . . .*;* X 3, 1 Et *haec* quidem *auxilia extrinsecus adhibentur*: *in iis* autem . . .

c) II 10, 8 Et *haec* quidem *otiosa tantum: affici* vero *et ira vel luctu permoveri . . .;* IV 1, 21 et *id* quidem *in consilio ampliore utcumque tutius . . . apud singulos* vero *numquam suaserim . . .;* X 7, 7 Et *haec* quidem *ex arte, illa* vero *ex studio, ut* . . .; III 8, 38.

d) V 10, 113 et *prima* quidem *actio facilis ac favorabilis repetentium iure . . .:* sed *hinc aspera et vehemens quaestio exoritur de iure belli* . . . IX 2, 74 Et *caput* quidem *tueri facile erat, si hoc diceremus palam,* sed *peribat hereditas.* (cf. VI prooem. 15; X 1, 34; XI 3, 60.)

e) VII 1, 39 Et *haec* quidem *de dividendo in universum praecipi possunt.* At . . .

f) I 1, 4 et *morum* quidem . . . *prior ratio est: recte* tamen *etiam loquantur;* I 9, 1 Et *finitae* quidem *sunt partes duae, quas haec professio pollicetur . . ., adiciamus* tamen . . .; VI 1, 12 Et *quae concilient* quidem . . . *iam diximus. quaedam* tamen . . . XI 2, 12 et *illos* quidem *non invenit, fuisse* tamen *gratos erga se deos* . . . (cf. I 8, 2; IV 2, 36.).

Plin. min. a) epist. I 28, 11 Et *medici* quidem *secunda nobis pollicentur:* superest, *ut* . . . II 10, 6 Et *de editione* quidem *interim ut voles:* recita *saltem* . . . III 9, 13 Et *circa Classicum* quidem *brevis et expeditus labor . . .:* circa *Hispanum et Probum multum sudoris.* ad Traian. 33, 3. Et *haec* quidem, *ut iam praecepi, parabuntur:* tu, *domine, dispice, an* . . . Paneg. 32 Et *caelo* quidem *numquam benignitas tanta, ut omnes simul terras ubertet foveatque:* hic *omnibus pariter* . . .; ib. 45

Et *priores* quidem *principes* ... *vitiis potius* ... *laetabantur* ...; tu ... cf. ad Trai. 81, 5 *Et Dion quidem* ...

b) Paneg. 86. Et *ille* quidem ... *officii gloria fruitur*: *tu* autem ...

c) ep. ad Traian. 63, 1 Et *legatio* quidem ... *nulla adhuc venit*; sed *venit tabellarius* ...

d) epist. II 1, 7 Et *ille* quidem *plenus annis abiit* ...: *nobis* tamen *quaerendus ac desiderandus est* ...; II 20, 11 Et *Aurelia* quidem *vivit*, *ille* tamen *istud tamquam morituram coegit* ... IX 13, 22 Et *relationem* quidem *de eo Caesar ad senatum non remisit; obtinui* tamen ... IX 27, 2 Et *ille* quidem *praestitit quod rogabatur* ..., *liber* tamen ... *manet.*

Atque iam satis declaratum puto quomodo particulis quae sunt *et* ... *quidem* sententiae coniungantur transitusque fiat variis modis in ipsa oratione. Etiam illud ipsis exemplis facile perspicitur, non raro eadem copulatione *et* ... *quidem* primam rerum oppositarum subiungi partem, ad alteram adnectendam aut nullam poni particulam aut unam ex his: *autem*, *vero*, *ceterum*, *sed*, *at*, *tamen*. Qua in re id unum, ne sim multus, commemoraverim, simili quadam ratione Curtium et Tacitum illis particulis uti; ipsi enim soli copulationi *et* ... *quidem* particulam *ceterum* subiunxerunt, compluribus uterque locis nulla interposita particula oppositam partem adnexuit, apud neutrum illo loco *tamen*, *vero* invenitur.

Scribit Stammius p. 3 *Livius und Tacitus gebrauchen nur die Arten, die wir unten unter I und II behandeln werden.* At nisi fallor Tac. a. III 18, 13 facile cum iis comparatur exemplis quae Stammius p. 15 sub n. VI affert, ubi *et quidem* est *und wirklich*, *und in der That.* Ita enim legitur apud Tacitum: *addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vindictam Germanici grates agendas omiseratque Claudii mentionem.* Et *Messalinum* quidem *L. Asprenas senatu coram percontatus est an prudens praeterisset; ac tum demum nomen Claudii adscriptum est.*[1])

---

[1]) Cum iis quae Stammius p. 11 sub n. IV proponit, conferri posse existimo Plin. min. epist. II 7, 3 *Spurinna Bructerum regem vi et armis induxit in regnum ostentatoque bello ferocissimam gentem* ... *terrore perdomuit* [ante: *Spurinnae* ... *triumphalis statua decreta est*]. Et *hoc*

Neque deest locus, ubi *et . . . quidem* idem dicit quod *und doch.* Ita enim intellegi posse censeo Quintil. I 10, 8 *fuit aliquis sine iis* [artibus] *disertus: sed ego oratorem volo. non multum adiciunt: sed aeque non erit totum cui vel parva deerunt:* et *optimum* quidem *hoc esse conveniet, cuius etiamsi in arduo spes est, nos tamen praecipiamus omnia, ut saltem plura fiant.* cf. Stamm. p. 11.

II. A copulatione *et . . . quidem* non multum differt *et quidem,* quod Plinius maior, Tacitus, Plinius minor ad nectendas sententias non usurpant. Apud **Senecam** legitur: Benef. II 18, 5 *Itaque eligendum est, a quo beneficium accipiam.* Et quidem *diligentius quaerendus beneficii* quam *pecuniae creditor* (= und zwar, und sogar . . .) ib. II 25, 3 *Qui gratus futurus est, statim . . . de reddendo cogitet. Chrysippus quidem dicit illum velut in certamen cursus compositum . . . opperiri debere tempus suum, ad quod . . . prosiliat.* Et quidem *magna illi celeritate opus est . . .* ib. V 24, 2 et quidem *siti confectus . . . repere manibus volebam . . .*; nat. quaest. VI 8, 4 [Et] *quidem, aiebant, pervenimus . . .*; epist. mor. II 5, 6 (ep. 17) *quanto hoc maius est, quo promittitur perpetua libertas . . . :* et quidem *vel esurienti ad ista veniendum est*; ib. II 6, 9 (ep. 18) Et quidem *gloriatur non toto asse pasci;* ib. IX 5, 1 (ep. 76) *Philosophum audio* et quidem *quintum iam diem habeo.* cf. ep. III 1, 3 (ep. 22) *totis viribus id age ut te istis officiis exuas.* Et quidem *quam sententiam feram adtende.*

Curt. X 10, 6 *Credidere quidam testamento Alexandri distributas esse provincias, sed famam eius rei . . . vanam fuisse comperimus.* Et quidem *suas quisque opes divisis imperii partibus prudenter ipsi fundaverant . . .* Fortasse *et quidem* etiam legendum est VIII 8, 10 cf. p. 34.

Quintil. IV 1, 43 Et quidem *quibus adversus haec modis sit medendum, verbosius tradunt.*

In Ciceronis scriptis etiam alium inveniunt illius copulationis usum, de quo Dräger histor. Synt. II. p. 25, 13 haec statuit: Et quidem *dient im Dialog nicht nur zur Bestätigung des*

---

quidem *virtutis praemium, illud solacium doloris accepit quod filio eius Cottio, quem absens amisit, habitus est honor statuae.* Nam etiam hic illud fit quod Stammius l. l. praecipit: *ein neuer Gedanke wird dem vorhergehenden einfach zur Seite oder gegenübergestellt, et quidem = und dabei, auch.*

Gesagten, sondern auch ironisch zur Widerlegung. cf. Stamm. p. 13. Sed apud eos scriptores, de quibus disputamus, illius usus exemplum reperiri negaverim.

Ac mihi aptissimum videtur hoc loco pauca *de formulis quibusdam* et copulationibus, in quibus particulae *et . . . quidem* inveniuntur quaeque his similes sunt addere.

1) Legimus apud *Plinium* n. h. V 8 *plerique a Graecis nostrisque* et *alia* quidem *fabulosa* et *urbes multas . . .* conditas *ibi prodidere.* — et apud *Quintil.* VIII 6, 53 *namque* et *nunc* quidem *solvuntur* et *tum erant notiora.* — Non eadem ratione legitur apud *Plin.* min. in epist. ad Traian. 81, 5. Et *Dion* quidem *se daturum dixit*, et *Eumolpus respondit.* cf. Quintil. II 15, 7 et 8. *Nam* et *Manium Aquilium . . .* (8) et [*et* add. Kiderlin] *Servium* quidem *Galbam . . .* et *Phrynen . . .*

Praeterea v. *Quintil.* V 10, 43 *quorum utrorumque ratio* et *in consiliis* quidem et *in illo demonstrativo genere versatur,* sed *in iudiciis frequentissima est.*

Quibus addi potest: *Plin. mai.* n. h. XXVI 8 Et *hic* quidem *morbus celeriter . . . restinctus est,* sicut et *ille . . .*

2) Alias eius modi formulas non inveni. Saepius autem apud *Plinium maiorem* occurrit haec*: et . . . quidem sed et.*

XIII 44 *caryotae maxime celebrantur,* et *cibo* quidem sed et *suco uberrimae;*

XV 107 et *alienus* quidem sed et *suus;*

XVIII 101 et *Galliae* quidem sed et *circumpad.* Ital.;

XIX 74 et *id* quidem *muria fit*, sed et . . . *tradunt.*

XXXII 26 et *hi* quidem sed et *mullus ac laser.*

Ex hisce exemplis ne unum quidem affert Dräger, quamquam de hac eadem re disputat l. l. p. 109 n.

3) Apud Ciceronem non illa quidem legitur formula, sed haec quae illi simillima est . . . *quidem, sed etiam* v. Grossm. p. 69, quae et ipsa in naturali historia exstat:

XXXVII 52 . . . *fieri autem adfirmant ex urina* quidem *lyncis*, sed et (= etiam) *genere terrae . . .;* XXXVII 169 *Haematitis in Aethiopia* quidem *principalis est,* sed et *in Arabia et in Africa invenitur.* cf. XXXIV 49 . . . *ex ebore* quidem *et auro* sed et *ex aere signa fecit.* XX 249 *Lini semen cum aliis* quidem *in usu est,* sed et *per se mulierum cutis vitia emendat*

in facie[1]) . . . cf. Senec. dial. X. 12, 8 *Multarum* quidem *rerum oblivionem sentiunt* sed *multarum* et *imitantur*[2])

4) Sexiens (quater) in Plinii naturali historia legi formulam *et . . . quidem . . . sed praecipue*, quae quidem, quantum vidi, apud alios scriptores non invenitur: XXI 74 *Herba est ab exitio* et *iumentorum* quidem, sed praecipue *caprarum appellata aegolethron.* XXII 36 *Ad omnia haec* et *mitiores* quidem *teneraeque efficaces* sed praecipue *silvestris illa . . .;* XXXII 25 *idem* et *alios* quidem *pisces* sed *pastinacas* praecipue . . .; XXXVII 79 *Indi* et *alias* quidem *gemmas . . . adulterare invenerunt,* sed praecipue *berullos.* Atque sine *et* XXIX 137 *contra omnia* quidem *vitia efficax,* sed *contra graveolentiam* praecipue . . .; XXXV 83 *placuitque sic eam tabulam posteris tradi omnium* quidem, sed *artificum* praecipue *miraculo.*

cf. *quidem, praecipue tamen* n. h. XI 284; Quintil. III 11, 22; et Plin. min. Paneg. 62.[3])

5) Semel legitur *et . . . quidem, sed maxime* n. h. XXV 141 *fracta extrahens ossa* et *in alia* quidem *parte corporis*, sed maxime *capite.*

cf. *quidem, sed maxime* n. h. IX 35; XVII 188; XVIII 170; XXI 137 *quidem, maxime tamen*: Plin. n. h. X 194. Senec. clem. I 5, 2; Quintil. IV 2, 35; Plin. min. ep. VII 32, 1; *quidem, sed maxime tamen*: Quintil. VIII prooem. 7.

6) Praeterea commemorandum est: *et . . . quidem sed . . . quoque*: Quintil. V 10, 38: Et *haec* quidem *ac similia ad coniecturam frequentius pertinent*, sed *interim ad ius* quoque. cf. *quidem sed . . . quoque.* Quintil. I 5, 52.

7) Liceat subicere ex naturali historia exemplum illius quoque formulae quae est *quidem, non solum*: IX 3 *Rerum* quidem, non solum *animalium, simulacra inesse licet intellegere . . .* Quod quidem comparari potest cum illo Ciceroniano legg. II 11 *in oculis, non solum in mentibus.* Dräger complura afferens eius rei exempla l. l. II p. 108 m, ex Plinii n. h. posuit nullum.

---

[1]) Aliter explicari potest n. h. VI 54 *Seres mites quidem, sed et ipsi feris similes.*

[2]) *quidem sed et* bis apud Quintilianum quoque occurrit: III 9, 2 et IV 2, 125; *quidem sed etiam* semel: II 1, 1.

[3]) cf. Plin. n. h. XXX 95 *bubonis* quidem . . . praecipueque . . .

III. Quibus expositis progrediamur aliquando ad coniunctionem *ac* (*atque*) . . . *quidem*, de qua recte Handius l. l. I p. 502 praecipit: *per eam apud Ciceronem transire orationem ad rem per singulas partes accuratius definiendam.* Sed raro usurpatur ab illis scriptoribus, de quibus disputamus. Nam Tacitus et Seneca ea numquam utuntur, Plinius maior semel, Curtius quater, Quintilianus undeciens, Plinius minor bis.

Plinius *n. h.* XXII 15 ac *de mandato* quidem *nostro alios id agere* . . .;

Curt. IV 7, 10 Ac *primo* quidem *et sequente die tolerabilis labor visus* . . . *Sed* . . . IV 7, 25 Ac *tum* quidem *regem propius adeuntem maximus natu e sacerdotibus filium appellat* . . .; VIII 4, 5 *Tum repente imber grandinem incutiens torrentis modo effunditur.* Ac *primo* quidem *armis suis tecti exceperant, sed iam* . . .; IX 6, 26 Ac *tum* quidem *amicos dimisit*, *ceterum* . . .

Ex **Quintiliano** tria attuli exempla p. 15 seq. ad rem nostram pertinent haec: I prooem. 15 ac *veterum* quidem *sapientiae professorum multos* . . . *praecepisse* . . . *facile concesserim*: *nostris vero temporibus* . . .; V 1, 1 Ac *prima* quidem *illa partitio* . . .; V 10, 90 Ac *mihi* quidem *sufficeret hoc genus, sed in species secatur;* VIII 5, 6 Ac *rectae* quidem *sunt tales* . . . *sed* . . . (cf. IX 3, 40) X 5, 4 Ac *de carminibus* quidem *neminem credo dubitare* . . .

V 12, 9 Atque *Aristoteles* quidem *potentissimum putat* . . .; X I, 72 Atque *ille* quidem *omnibus* . . *abstulit nomen* . . . *tamen* . . .

Plin. epist. III 18, 10 Ac *mihi* quidem *confido* . . . *constare* . . .: *non ideo tamen* . . . IX 13, 4 Ac *primis* quidem *diebus* . . . *pro se quisque* . . . *oppresserat. ego* . . .

IV. Quoniamque quanta sit inter *et* . . . *quidem* et *ac* (atque) . . . *quidem* similitudo, ex ipsis exemplis satis perspicitur, breviter iam aliam copulationem *nam* . . . *quidem* attingam, quae, si Quintilianum excipias, raro admodum usurpatur. Et de usu quidem Ciceroniano v. Grossm. l. l. p. 53. Quintilianus vero similiter atque Cicero et ad explicandum et ad comprobandum ea utitur, ita quidem, ut vocem, in qua maxima vis inest ac pondus, inter *nam* et *quidem* interponat. neque raro eam in parenthesi ponit.

Plin. n. h. IX 171 *C. Hirrius . . . cenis triumphalibus Caesaris dictatoris sex milia numero murenarum mutua appendit.* nam *permutare* quidem *pretio noluit aliave mercede.*

Senec. dial. XII 5, 2 *nam id quidem . . .*

Quintil. I 6, 10 *Prima quoque aliquando positio ex obliquis invenitur, ut memoria repeto convictos a me, qui reprehenderant, quod hoc verbo usus essem* pepigi: nam *id* quidem *dixisse summos auctores confitebantur* . . . I 6, 15; I 7, 1; I 7, 10; I 8, 11; I 11, 18; II 2, 7; II 4, 27; II 13, 9; II 15, 37; II 16, 13; III 5, 10; III 9, 2; III 11, 26; IV 1, 41; IV 2, 43; V 11, 36; VI 1, 36; VI 2, 9; VIII 3, 1; IX 3, 99; X 1, 4; X 1, 9; X 1, 50; X 3, 2; X 3, 19; XI 3, 27; XII 2, 20; XII 4, 2.

Apud *Tacitum, Curtium, Plinium minorem* non legitur *nam . . . quidem.*

V. De copulatione quae est *iam quidem* haec dicit Grossm. p. 85 *Iam illud non longam desiderat orationem quod haud raro formula* iam . . . quidem *sive* iam quidem *et apud Plautum et apud Ciceronem orationem continuat.* Accuratius Handius l. l. III p. 145: *Procedit oratio per* iam *ad alium rem eiusdem rationis vel generis, quae cum reliquis coniungatur novumque adiciat argumentum, ut intellegamus vel* item *vel* ad haec, adde, porro — *idem enim quod de* iam *etiam de* iam quidem *statui posse videtur.* — Ita usurpatur semel a Quintiliano, saepius a Plinio maiore.

n. h. II 109 *Miretur hoc qui non observet . . . herbam unam . . . abeuntem solem intueri semper omnibusque horis cum eo verti vel nubilo obumbrante.* Iam quidem *lunari potestate ostrearum conchyliorumque et concharum omnium corpora augeri ac rursus minui . . . exquisivere diligentiores . . .*; VII 39 Iam quidem *et in Italia* . . . (de copulatione iam quidem et cf. supra p. 10); IX 104 Iam quidem *ex tota rerum natura damnosissimum ventri mare est.* X 96, 97 *galgulos quidem ipsos dependentes pedibus somnum capere confirmant quia tutiores ita se sperant.* Iam *publicum* quidem *omnium est tabulata ramorum sustinendo nido provide eligere.* XI 125 Iam quidem *aliis ad incursum robusta* [cornua], *aliis ad ictum, aliis adunca, aliis redunca . . .* XVII 220 Iam quidem *et hoc in luxuria esse coepit . . .* XIX 50 Iam quidem *hortorum nomine in ipsa urbe delicias agros villasque possident.* XXXVI 53 *postea reperta est non minus probanda*

[harena] *ex quodam Hadriatici maris vado* . . . Iam quidem *quacumque harena secare e fluviis omnibus fraus artificum ausa est* . . .; cf. XVI 118, v. etiam supra p. 10.

Quintil. XII 2, 15 Iam quidem *pars illa moralis* . . . *oratori est accommodata.*

Ne unum quidem illius copulationis exemplum apud Tacitum, Senecam, Curtium, Plinium minorem inveni. Ciceronem autem et saepe ea uti et plerumque dicere *iam* id *quidem, iam* illud quidem, *iam* hoc *quidem* ex iis locis, quos Mergueti lexicon II p. 525 praebet, facile probatur.

VI. Deinceps ut erat propositum dicatur de *sed* . . . *quidem*, *at* . . . *quidem*, *verum* . . . *quidem*. Cumque constet eas particulas in transitione poni et maxime quidem in ea, quam revocationem grammatici vocant, restat ut exemplis rem illustrem. Primum igitur *sed* . . . *quidem* hisce legitur locis:

Tac. a. III 53, 9 *Quodsi mecum ante viri strenui, aediles, consilium habuissent, nescio an suasurus fuerim* . . . Sed *illi* quidem *officio functi sunt* . . .: *mihi autem* . . .; a. IV 29, 5 *Tum accusator Cn. Lentulum et Seium Tuberonem nominat* . . . Sed *hi* quidem *statim exempti: in patrem* . . .; a. VI 28, 14 Sed *antiquitas* quidem *obscura.* cf. a. I 42, 2.

Quintil. II 4, 3 Sed *narrandi* quidem *quae nobis optima ratio videatur tum demonstrabimus, cum* . . . *dicemus: interim* . . . III 6, 60 Sed *Cicero* quidem . . .: *nos ad Hermagoran*; VIII 3, 11 Sed *hoc* quidem *discernere modici iudicii est: illud observatione dignius* . . . VIII 5, 19 Sed *horum* quidem *generum et bonae dici possunt et malae: illae semper vitiosae* . . . IX 2, 41, XI 1, 68.

Satis apparere puto particulis *sed* . . . *quidem* similiter atque *et* . . . *quidem* (cf. p. 39 seqq.) ita transitum fieri, ut sententiae inter se oppositae sequantur. Qua in re cum saepe pronomina *hic* et *ille* inter se opponantur cumque saepe *quidem* ad pronomina apponatur, etiamsi alia efferenda sit vox, dubito equidem, num recte Meister in recenti editione pronomen *illae* VIII 5, 20 (quod quidem *horum quidem* excipit) incluserit.

Ab utroque **Plinio**, a **Seneca**, a **Curtio** *sed* . . . *quidem* usu receptum non est. Neque apud ullum illorum invenitur *at* . . . *quidem*, quod quam saepe a Cicerone usurpetur v. apud Merguetum l. l.

Verum . . . quidem apud solum **Quintilianum** hoc solo loco repperi:

II 12, 12 Verum *illis* quidem *gratulemur* . . .: *nos* . . . *consolemur* . . .

VII. Multo saepius copulationes *si quidem, quando quidem, quoniam quidem* usurpantur. De *si quidem* haec dicit Schmalzius (Handbuch d. class. Altert. II p. 361 § 306): *Zu grossen Dingen war das im Altlat. noch gar nicht bekannte* si quidem *berufen. Cicero verwendet es neben Varro zuerst und zwar mit dem Indicativ. Allmählich ging* si quidem *ganz in die Bedeutung einer causalen Coniunction über (den Ansatz dazu vgl. bei Varro* r. r. II 5, 13) *und wurde so auch mit dem Coniunctiv verbunden, namentlich von den script. hist. Aug. und den eccl. . . . Die spätere Latinität hat eine ganz absonderliche Liebhaberei für* si quidem: *so Veget., Sulp. Sev., Hieronym., Cyprian, Lact., daher begegnet es hier unglaublich häufig.*

Et haec quidem ille, nos nostra sequamur. Ac primum quidem alii scriptores frequenter, alii raro *si quidem* usurpant. Apud Plinium maiorem semel et sexagiens legitur, apud Curtium numquam, apud Quintilianum semel et viciens, apud Senecam semel, apud Tacitum bis, apud Plinium minorem quater.

Videamus prius usum **Plinianum**. *Si quidem* exstat n. h. II 45; II 62; II 79; II 135; II 173; III 6; IV 19; VI 135; VII 141; VII 144; VIII 102; IX 114; X 142; XI 2; XI 119; XI 173; XI 223; XII 86; XIII 70; XIII 127; XIV 31; XIV 36; XV 69; XV 107; XVI 176; XVII 185; XVIII 22; XVIII 340; XIX 134; XX 261; XXII 5; XXII 9; XXII 91; XXIII 58; XXIV 85; XXVI 4; XXVII 45; XXVIII 86; XXIX 61; XXX 6; XXX 96; XXXII 4; XXXII 8; XXXII 19; XXXIII 11; XXXIII 148; XXXIV 27; XXXIV 138; XXXV 9; XXXV 19; XXXV 58; XXXV 59; XXXV 121; XXXV 142; XXXV 162; XXXVI 194; XXXVII 56; XXXVII 59; XXXVII 81; XXXVII 186.

In omnibus his locis compositioni *si quidem* Plinius eam subicit significationem, ut sit idem fere ac *quoniam* aut *nam* (enim) *da ja, indem, nemlich, denn,* numquam vero *si* = *wenn.* Quod quidem eo mirabilius videtur, quia qui ante Ciceronem scripserunt numquam ei causalem vim tribuerunt (v. Grossm. l. l. p. 57.) Atque ut probem eodem modo quo *nam* etiam *siquidem* a Plinio

poni, ex multis haec seligo exempla: n. h. II 62 *Haec est luminum occultationumque ratio, perplexior motu multisque involuta miraculis.* siquidem *magnitudines suas et colores mutant, et eaedem ad septentrionem accedunt abeuntque ad austrum, terrisque propiores aut caelo repente cernuntur.* VII 141 *Longum est refellere et supervacuum abunde uno casu refutante.* Siquidem *is Metellus orbam luminibus exegit senectam amissis incendio, cum Palladium raperet ex aede Vestae, memorabili causa sed eventu misero. quo fit ut* . . . XI 173 . . . *vocem mittunt mares* . . . *Stato id tempore evenit, cientibus ad coitum feminas. Tum* siquidem *inferiore labro demisso ad libramentum aquae modice receptae in fauces palpitante ibi lingua ululatus eliditur. Tunc* . . . VIII 102 Siquidem *et pericula praemonent* . . . XI 2; XI 119; XIV 36; XV 69; XV 107 . . .

Quae cum ita sint, non admodum mirabimur infinitivum poni II 45 (in constructione accusativi cum infinitivo): *omnium* . . . *magistra. In duodecim mensium spatia oportere dividi annum, quando ipsum totiens solem redeuntem ad principia consequitur. Solis fulgore reliqua siderum regi,* siquidem *in totum mutuata ab eo luce* fulgere, *qualem in repercussu aquae volitare conspicimus ideo* . . . *solvere* . . . *atque etiam augere* . . .

Hoc loco excepto *si quidem* cum indicativo coniungitur, ut hac in re idem de usu Pliniano et Ciceroniano statui possit. cf. Grossm. p. 58.

Sed restat locus dubius VII 1, ubi vulgo legitur: *Animantium in eodem* [mundo] *natura nullius prope partis contemplatione minor est,* si quidem *omnia exsequi humanus animus queat.* Ex quo loco Dräger l. l. II p. 742 colligit *si quidem* causale cum coniunctivo coniungi. Quod quidem recte statui negaverim. Nam si retinetur lectio *siquidem* . . . *queat, siquidem* condicionem, non causam exprimere dicendum est (= wenn überhaupt); recte enim mihi dicere videtur C. Mayhoffius — nov. lucubr. Plin. p. 68 —: *cum dicat* (Plinius) *animantium naturam contemplatione non minus dignam esse quam reliquas mundi partes omnes, aptissime restringit hanc sententiam iusta dubitatione quae continetur his verbis:* si quidem — *id quod incertum est* — *omnia quae ad mundum pertinent, humanus animus exsequi queat. eo magis igitur* . . . At certa ea lectio non est, codicum enim lectiones, quamvis varient, hanc tamen inter se similitudinem habent, ut

cognoscatur in communi archetypo scriptum fuisse *etsi quidem* (cf. Mayh. l. l.). Detlefsenius scribit: *etsi omnia quidem exsequi humanus animus nequeat.* Sed cum *etsi quidem*, id quod suo loco exponetur, a Plinio aliis locis non usurpetur, hoc loco cum Detlefsenio facere nolim.

Siquidem interdum non in ipso sententiae initio, sed post aliquam vocem (vel post plures voces, si praepositio adest) ponitur, ut II 173 *idem* siquidem oceanus; II 198 *pluribus* siquidem *modis*; XI 2 *in magnis* siquidem *corporibus*; XXVIII 86 *ex homine* siquidem . . .

Post *siquidem* alia sententia a *si* incipiens invenitur XI 223 *solum hoc in corpore temporarium sentit incrementum,* siquidem *hostiae abundantiorem fundunt, si prius bibere.*

Et haec quidem de Plinio. **Tacitus** neque in historiarum libris neque in libris ab excessu Divi Augusti usus est hac copulatione, posuit autem in Germ. 30, 3 *durant* siquidem (= denn, nemlich) *colles.* Agr. 24, 4 si quidem *Hibernia . . . miscuerit* (= da ja). Deest hoc exemplum in Dräg. hist. Synt. l. l.

Ex **Seneca** huc pertinet: Agamemn. v. 306: Si quidem *hoc cruenta Tyndaris fieri sinam.*

Plura ex **Quintiliano** proponi possunt exempla: I 1, 9; I 6, 15; I 10, 11; I 10, 17; V 11, 19; V 13, 9; VI 1, 55; VI 3, 64; VIII 3, 47; VIII 4, 11; VIII 4, 17; VIII 6, 52; IX 4, 113; X 7, 2; X 7, 27; XI 1, 54; XI 3, 6; XII 2, 21; XII 2, 22; XII 2, 27.

Semel tantum *si quidem* condicionali vi est: XI 1, 54: *Quo fugerit interim dolor ille? ubi lacrimae substiterint? . . . non ab exordio usque ad ultimum vocem continuus quidam gemitus et idem tristitiae vultus servabitur,* si quidem *volet dolorem suum etiam in audientes transfundere?* Atque ut hoc loco ita in reliquis exemplis solus modus indicativus invenitur.

Plinius autem **minor** quater in Panegyrico copulationi illi vim causalem tribuit modumque indicativum ponit: Paneg. 5; 30; 51; 77.

Rarissime ergo *si quidem* condicionalem vim habet. Illud saepius fit, ut in sententiis condicionalibus *quidem* post aliud verbum ponatur, ut Plin. n. h. XVI 127 si *Vergilio* quidem *credimus* . . .; II 201 *Herodoto* quidem si *credimus* . . .; XX

86 . . .; Senec. epist. mor. VII 7, 6 (ep. 69) Si *me* quidem *velis audire* . . .; benef. VII 19, 9 Si *praestitisset* quidem . . .; Quintil. I 2, 3 si *studiis* quidem . . .; Plin. min. epist. V 1, 9 si *heredem* quidem . . . cf. εἴγε et εἰ . . . γε apud Krüger Griech. Sprachlehre § 69, 15 A. 3.

Nec vero modo *si quidem* coniunctionis causalis munus explet, sed etiam *quando quidem* et *quoniam quidem,* quae particulae optime cum graecis comparari possunt ἐπεί γε, ἐπειδή γε, ἐπειδή πέρ γε . . . Neque inutile erit hoc loco, quae Kühner l. l. § 511, 9 docet, commemorare: *In Verbindung mit (Relativen und) Conjunctionen hat* γε *eine causale Bedeutung . . ., indem es anzeigt, dass der Nebensatz eine Begründung, nähere Bestimmung, Erklärung oder Ergänzung des Hauptsatzes enthalte; daher nehmen die temporalen Conjunctionen in Verbindung mit* γε *eine causale Bedeutung an.*

Raro autem scriptores, de quibus disputamus, usurpare *quando quidem* illi minus videbitur mirum, qui consideraverit, ne Catonem quidem, Varronem, Caesarem, Cornelium Nepotem, Sallustium umquam id posuisse. Iam videamus exempla: **Plin.** n. h. VII 161 (cf. edit. Detlefs.) XII 1 *Restant neque ipsa anima carentia,* quando quidem *nihil sine ea vivit, terra edita, ut inde eruta dicantur* . . . XII 11 quando quidem *commendatio arboris eius non alia maior est* . . .; XX 74 (cf. Detlefs.); XXII 12; XXVII 146 (cf. Detlefs.); XXX 1.

Tac. hist. III 54, 19 *Agrestis ad Vitellium remeavit . . . atque ultro corruptum arguenti*: quando quidem, *inquit, magno documento opus est* . . .

Senec. lud. de morte Claud. 11, 5 . . . *ex tabella recitavit:* Quando quidem *divus Claudius occidit socerum suum* . . . [1])

Usum Ciceronianum exponit G. Landgrafius ad Ciceronis or. pro S. Rosc. Amer. § 31 (part. II).

Paulo saepius quam *quando quidem* coniunctio *quoniam quidem* invenitur, qua Seneca bis et viciens usus est.[2])

---

[1]) Multos locos collegi, in quibus illi scriptores ipsi particulae *quando* vim causalem tribuunt, sed omnes nunc enumerare longum est.

[2]) Dräger l. l. p. 677 § 32 neque ex Tacito neque ex Seneca exempla affert.

Tac. dial. 32, 31 *Sunt aliae causae, magnae et graves, quas a vobis aperiri aequum est,* quoniam quidem *ego iam meum munus explevi.*

Senec. dial. IV 11, 4 *non est ergo quare concupiscat quisquam sapiens timeri, nec ideo iram magnum quiddam putet, quia formidini est,* quoniam quidem *etiam contemptissima timentur ut venena et ossa pestifera et morsus.*

dial. I 1, 5; VII 1, 2; X 2, 5; X 15, 4; XI 18, 1; XII 12, 4; lib. I de clem. 2, 1; benef. II 1, 4; V 3, 2; VII 29, 1; nat. quaest. II 10, 4; VI 2, 1; epist. mor. III 5, 1 (ep. 26, 1); III 8, 8 (ep. 29); V 4, 11 (ep. 45); VII 4, 27 (ep. 66); IX 3, 14 (ep. 74); ibid. 3, 19; XV 3, 40 (ep. 95); XVI 4, 31 (ep. 99); XVIII 5, 16 (ep. 108).

VIII. Praeterea *quidem* ad *cum* apponitur in *n. h.* XXXIV 62 cum quidem *tanta p. R. contumacia fuit ut* . . .;

Tac. dial. 11, 9 cum quidem . . . *fregi* . . .;

Quintil. VII 9, 7 cum quidem *medium est* . . .;

Plin. min. epist. I 12, 6 cum quidem . . . *pateretur.*

IX. Atque his locis *ut quidem* legitur:

Senec. dial. XI 18, 6; benef. VII 19, 2; epist. mor. V 12, 10 (ep. 52).

Plin. min. Paneg. 23.

et *ut* . . . *quidem*: *Senec.* epist. mor. IV 12, 5 (ep. 41); Quintil. IV 2, 27; Plin. min. Paneg. 25.

X. Copulationes vero *etsi* . . . *quidem, tametsi* . . . *quidem* aliasque, quibus non raro Cicero utitur — v. Grossm. pp. 80 et 81 — non inveni; Quintilianus semel ponit *quamquam* is *quidem* XI 1, 17.

XI. Appendicis instar sit *utinam quidem*, quod Seneca duodeciens usurpat: dial. VIII 3, 1 Utinam quidem *iam tenerentur omnia et inoperta ac confessa veritas esset nihilque ex decretis mutaremus!* dial. VII 20, 1 (coniect.), XII 17, 4; clem. I 19, 4; benef. III 15, 1; epist. mor. II 7, 5 (ep. 19); VII 6, 12 (ep. 68); XIV 1, 1 (ep. 89); XVIII 1, 17 (ep. 104).

Recte autem Haasius in praefat. editionis statuere mihi videtur: Utinam quidem *particulis addito coniunctivo vel imperfecti vel plusquamperfecti temporis ita uti solet Seneca ut dicat frustra aliquid optari, quod si esset, conveniens fore significat eius rei rationi, de qua agit.*

III.

Restat ut exponatur, quomodo particula quae est *quidem* in una ex iis quae opponuntur vel sententiis vel orationis membris usurpetur.

Cum duae aut orationis partes aut sententiae inter se respondent et opponuntur, vel ad priorem vel ad posteriorem particula *quidem* apponi potest.

a) Quodsi ad priorem partem apponitur, duplicem vim habere potest, ut aut 1) ipsam partem oppositam magis indicet et efferat, ut in antithesi, in divisione, in argumentatione, aut 2) rationem indicet concessivam, id quod plerumque fit;

b) ad posteriorem apposita adversativam habere dicitur potestatem. Quorum utrumque paulo accuratius nobis considerandum est.

III. a)

Atque *quidem* cum in sententiis aut orationis membris, quae inter se respondent, ponitur, interdum non concessivam indicat rationem sed unum oppositorum membrum confirmat atque auget. Ex exemplis, quae infra afferentur, huc referri possunt:

Plin. n. h. VIII 210; XXI 106.

Tac. dial. 35, 15; hist. I 77, 2; a. I 42, 2; a. VI 5, 7; a. XVI 17, 21.

Senec. ep. VIII 2, 30 (ep. 71).

Curt. V 9, 4; X 11, 8.

Quintil. VIII 3, 45; X 3, 1; X 7, 7.

Plin. min. ep. I 22, 6; paneg. 12; 41; 45; 55; alia.

Atque ut nunc de *quidem* concessivo dicam, quoniam inde ab initio declaravi propriam ac veram particulae potestatem eam esse, ut confirmet et efferat, vix opus esse censeo demonstrare, particulam per se spectatam non esse vi concessiva, sed rebus ipsis quae opponantur fieri, ut, cum priorem contrariarum partem quae quidem terminetur et restringatur altera opposita, confirmet, ipsam illam alteri opponere videatur et quodammodo concedere. Confirmari hoc potest iis quae docet Reisigius l. l. § 454 p. 272 *Quidem . . . heisst gar nicht eigentlich* z w a r, *um einen concessiven Sinn auszudrücken . . . Der Gegensatz muss erst aus dem Zusammenhange entnommen werden . . . Quidem selbst hebt nur den Ge-*

danken oder Begriff in seiner Einschränkung hervor und das Folgende lehrt erst, ob ein Gegensatz stattfindet oder nicht.

Et quoniam altera contrariorum pars variis proponi potest modis — nam aut particulae adversativae *sed, tamen, sed tamen, autem, vero, verum, ceterum, at* . . . ponuntur aut pars contraria particulis e medio sublatis dissolute adiungitur —, varias distinguere formulas oportet, in quibus *quidem* invenitur. Sed has quidem infra proferam: illud hoc loco silentio praeterire noluerim, etiam hac in re Graecos uti particula γε eamque plerumque excipi a particulis δέ vel ἀλλά — v. Kühner. Ausführl. Gramm. d. griech. Spr. § 511, 3 — quamquam μέν . . . δέ et καίπερ (cum participio coniunctum) . . . ὅμως magis ad rationem concessivam indicandam sint usu recepta. Germanos dicere plerumque *zwar, wohl, freilich, allerdings* . . .: *aber, jedoch, dennoch* . . . commemorare sufficiat.

I. Ac primum quidem formula longe usitatissima legitur in *n. h.* II 35. *Dein solis meatum esse partium* quidem *trecentarum sexaginta,* sed *ut observatio umbrarum eius redeat ad metas, quinos annis dies adici superque quartam partem diei.* II 150 *decidere* ... *crebro* [lapides] *non erit dubium. In Abydi gymnasio colitur hodieque modicus* quidem, sed *quem in media terrarum casurum idem Anaxagoras praedixisse narratur.* III 2 . . . *sit quaedam in his nomenclatura* quidem, sed *mundi rerumque naturae.* III 45 *Incedit . . . ad meridiem* quidem, sed . . . *inter sextam horam primamque brumalem.* VI 54; VI 75; VII 104; VII 121; VII 135; VII 143; VII 165; VIII 51; IX 104; IX 153; X 190; XI 52; XI 123; XI 248; XII 89; XIII 26; XIV 35; XIV 72; XV 44; XVI 123; XVI 153; XVI 241; XVII 176; XVII 188; XVIII 170; XVIII 188; XIX 80; XIX 167; XIX 169; XX 116; XX 249; XXI 86; XXI 137; (XXII 14); XXII 19; XXII 92; XXII 142; XXIV 138; XXV 43; XXVI 1; XXVI 117; XXVIII 29; XXIX 137; XXXII 21; XXXII 56; XXXII 59; XXXII 70; XXXIV 12; XXXIV 49; XXXV 67; XXXV 83; XXXVI 65; XXXVI 80; XXXVI 154; XXXVII 70; XXXVII 84; XXXVII 169; XXXVII 189. *et . . . quidem, sed* Plinius non usurpat. cf. p. 39 seq.

Tac. dial. 5, 32 *Eprius Marcellus . . . disertam* quidem sed *inexercitatam et eiusmodi certaminum rudem Helvidii sapientiam elusit*; dial. 8, 8; h. I 15, 23 *fidem, libertatem, amicitiam,*

praecipua humani animi bona tu quidem *eadem constantia retinebis,* sed *alii per obsequium imminuent;* h. I 84, 1; II 53, 11; IV 58, 20.

a. I 22, 4 *Vibulenus . . . Vos* quidem, *inquit, his innocentibus et miserrimis lucem et spiritum reddidistis:* sed *quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit?* III 36, 6; IV 6, 16; IV 34, 23; IV 40, 19; IV 60, 1; VI 7, 5; VI 8, 4; VI 22, 7; VI 24, 16; XI 28, 4; XI 34, 5; XI 38, 13; XIV 33, 2; XIV 35, 2; XIV 53, 11; XIV 54, 3; XIV 62, 13; XVI 9, 8; (XV 74, 13 [*sed* . . . suppl. Halm.]). cf. *et . . . quidem sed* pp. .0, 41

Senec. dial. I 5, 8 *ille ipse omnium conditor et rector scripsit* quidem *fata,* sed *sequitur;* dial. III lib. I 3, 7; IV 20, 2; V 8, 7; V 30, 4; V 43, 1; VI 9, 3; VI 16, 8; IX 3, 2; IX 10, 6; IX 11, 3; X 2, 5; X 12, 8; X 18, 4; XI 3, 2; XI 18, 4; XII 5, 6; XII 9, 6; XII 19, 2;

clem. I 15, 6 *Tarius* quidem *eodem die et alterum heredem perdidit,* sed *Caesar libertatem sententiae suae redemit* II 4, 2;

benef. I 11, 4; II 11, 3; IV 29, 1; IV 37, 4; VI 11, 3; VI 11, 4; VI 19, 5; VII 1, 3; VII 7, 3; VII 19, 9;

nat. quaest. I 5, 11; I 7, 3; I 9, 1; I 16, 3; I 17, 7; II 1, 4; II 41, 1; II 51; III 25, 5; IV praef. 12; VI 9, 2; VI 11; VI 14, 1; VI 26, 3; VI 29, 2; VI 31, 1; VII 11, 2; VII 19, 2 (bis).

epist. mor. III 4, 5 (ep. 25) *Hoc* quidem *longe magnificentius est sic vivere tamquam sub alicuius boni viri ac semper praesentis oculis:* sed *ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias . . . tamquam spectet aliquis.* I 3, 3 (ep. 3); IV 12, 5 (ep. 41 bis); V 11, 11 (ep. 51); VI 2, 7 (ep. 54); VI 6, 12 (ep. 58), VI 6, 30 (ep. 58); VI 7, 3 (ep. 59); VII 3, 18 (ep. 65); VII 5, 5 (ep. 67); VIII 2, 18 (ep. 71); VIII 2, 33; XI 2, 15 (ep. 81); XI 2, 26; XII 1, 4 (ep. 83); XII 3, 25; XIII 2, 22 (ep. 87); XIII 2, 32; XIV 2, 24 (ep. 90); XIV 2, 25; XIV 2, 31; XIV 2, 46; XIV 4, 10 (ep. 92); XV 1, 10 (ep. 93); XV 2, 4 (ep. 94); XV 2, 13; XV 2, 29; XV 2, 32; XVII 1, 5 (ep. 101); XVII 1, 7; XVIII 6, 6 (ep. 109); XIX 4, 29 (ep. 113); XIX 5, 8. (ep. 114); XIX 8, 14 (ep. 117); XX 1, 1 (ep. 118); XX 1, 8; XX 1, 12; XX 1, 13; XX 3, 3 (ep. 120); XX 4, 15 (ep. 121); fragm. 84; fragm. 108 (cf. Tac. a. XIV 54, 3);

Troad. v. 789; Phaedr. v. 629; Herc. (Oet.) 1313; ib. 1345. cf. *et . . . quidem, sed* p. 41.

Curt. III 6, 10 *Rex, inquit* [Philippus], *semper* quidem *spiritus meus ex te pependit,* sed *nunc vere, arbitror, sacro et venerabili ore tuo trahitur*; III 12, 25 *Tu* quidem *matrem me et reginam vocas,* sed *ego me tuam famulam esse confiteor*; III 13, 12 . . . *olim quidem . . . sed tum . . .;* IV 1, 19; IV 2, 5; IV 4, 15; IV 5, 9; IV 7, 10; IV 7, 31; IV 10, 21; IV 10, 28; IV 11, 15; IV 12, 11; IV 13, 16; IV 16, 4; V 9, 4; VI 6, 7; VI 6, 19; VI 7, 33; VI 10, 5; VII 4, 22; VII 4, 34; VII 7, 37; VIII 1, 15; VIII 4, 5; VIII 4, 13; VIII 10, 29; VIII 12, 18; IX 6, 3; IX 8, 22; cf. *et . . . quidem, sed* p. 41.

Quintil. I 5, 35 *quorum neutrum* quidem *reprehendo, cum sit utriusque Vergilius auctor,* sed *fingamus utrumlibet non recte dictum* —; I 5, 52; I 10, 17 *Sophron ostendit, mimorum* quidem *scriptor,* sed *quem Plato adeo probavit, ut suppositos capiti libros eius, cum moreretur, habuisse credatur;* I 10, 36; II 1, 1; II 10, 3; II 11, 1; II 13, 3; II 15, 1; II 15, 2; II 15, 21; II 15 26; II 15, 28; II 17, 23; II 21, 17; III 4, 14; III 6, 17; III 6, 32; III 6, 83; III 8, 27; III 9, 2; IV 2, 5; IV 2, 14; IV 2, 34; IV 2, 64; IV 2, 125; V 8, 12; V 10, 30; V 10, 38; V 10, 90; V 10, 124; V 12, 9; VI 1, 14; VI 3, 26; VI 3, 45; VII 1, 44; VII 2, 50; VIII 5, 6; IX 3, 43; IX 3, 55; IX 4, 46; IX 4, 120; IX 4, 135; X 1, 9; X 1, 34; X 1, 40; X 1, 87; X 2, 19; XI 1, 11; XI 3, 60; XI 3, 82; XII 1, 26; XII 1, 41; XII 3, 5; XII 4, 2; XII 5, 2; XII 9, 10; XII 10, 60; XII 10, 64. cf. *et . . . quidem sed* p. 42. *equidem . . ., sed* p. 37.

Plin. min. epist. I 14, 10 *diligo* quidem *adulescentem ardentissime, sicut meretur,* sed *hoc ipsum amantis est, non onerare eum laudibus*; II 4, 3 *sunt* quidem *omnino nobis modicae facultates, dignitas sumptuosa, reditus propter condicionem agellorum nescio minor an incertior*; sed *quod cessat ex reditu frugalitate suppletur* I 8, 3; I 12, 3; II 13, 3; II 16, 1; II 17, 6; III 6, 1; IV 8, 4; IV 11, 5; V 1, 9; V 8, 9; V 16, 8; VII 23, 1; VIII 5, 2; VIII 6, 8; IX 26, 1; ad Traian. 1, 1; [34, 1]; [60, 1]; 61, 1; 96, 6; Paneg. 6; 9; 19; 23; 24; 31; 35; 59 (bis); 60; 61; 67; 72; 83; 88; 91. cf. *et . . . quidem, sed* p. 43.

Praetermitto hoc loco ante Ciceronem et raro *quidem* concessivum usurpatum esse neque varias eius dictionis fuisse for-

mulas: id neglegendum non videtur quod magnum constituit inter Ciceronem et reliquos scriptores discrimen. *Dicendum enim est,* ut Grossmanni verbis utar (l. l. p. 61), quidem *tum, cum sit vi concessiva, a Cicerone si non semper at plerumque pronomini personali additum esse . . . nec adiectivo aut verbo adhaerere. Quod autem ad tertiae personae pronomen attinet, pro eo cum* is *tum* ille *dicitur, etsi interdum simile pronomen sicut* hic *praecedit.* Cuius rei etiam Dräger l. l. I § 38 p. 85 multa ex Ciceronis scriptis profert exempla, quibus allatis addit: *In wie weit andere Schriftsteller* diesen pleonastischen *Gebrauch der Demonstrativa anwenden, ist bis jetzt nicht nachgewiesen.* Equidem clarissimorum illorum aetatis argenteae scriptorum libros diligenter perscrutatus unum repperi exemplum, quod aliqua ratione huc pertineat, [1]) in Quintiliani institutione oratoria XII 1, 26 *In hoc quota pars erit, quod aut innocentes tuebitur aut improborum scelera compescet aut . . . aderit? summus ille* quidem *in his quoque operibus fuerit, sed maioribus clarius elucebit, cum regenda senatus consilia et popularis error . . . ducendus.*

Ac ne illud quidem alienum esse arbitror commemorare, saepe inveniri formulam *non quidem . . . sed,* qua Cicero ita uti solebat, ut inter *non* et *quidem* aliquod vocabulum, plerumque pronomen interponeret. Qua in re quem usum singuli scriptores secuti sint quo melius cognoscatur, omnes afferam locos in quibus aut *non . . . quidem, sed* aut *non . . . quidem . . ., sed* usurparunt.

Plin. n. h. VIII 210 *Et hoc annales notarunt, horum scilicet ad emendationem morum, quibus* non *tota* quidem [Hard., notata ll.] *cena* sed *in principio bini ternique pariter manduntur apri,* XI 192 *Sunt qui equo* non quidem *in iecore esse,* sed in *alvo putent* [fel] . . . XIII 120 *cortice* non *scabro* quidem, sed *qui circumgelatus videri possit* . . . XVII 239 non *necat* quidem, sed . . .

Tac. h. I 63, 11 non quidem *in bello,* sed *pro pace* . . .; a. III 69, 6 *disseruit Caesar:* non quidem *sibi ignara, quae de Silano vulgabantur,* sed *non ex rumore statuendum;* IV 7, 1 . . .

---

[1]) Omnino paucis locis legitur formula *ille* (illi, illum . . .) *quidem . . . sed*: Senec. dial. XII 9, 6; XII 19, 2; Phaedr. v. 629; nat. quaest. I 9, 1; Curt. VII 5, 41; Quintil. II 15, 23; XII 1, 26; XII 4, 2; apud Tacitum et utrumque Plinium non invenitur.

non quidem *comi via,* sed *horridus* . . . V 5, 5 non quidem *extrema decernerent* sed . . .

Senec. dial. IV. 10, 3 non quidem *obtusa* . . ., sed . . .; dial. XI 8, 1 *Monstrabo etiamnunc* non quidem *firmius remedium* sed *familiarius.* benef. II 24, 3 non quidem *mihi opus est,* sed *quia* . . .; epist. mor. III 6, 4 (epist. 27) non quidem *cessatur adhuc,* sed *festinetur;* VI 5, 6 (ep. 57) *Sensi* . . . *quamdam* non quidem *perturbationem,* sed *mutationem;* XIX 1, 1 (ep. 110) non quidem *ordinarium, sed* . . .

Curt. V 9, 4 non *ut damnum* quidem *facias suadeo,* sed *ut* . . .; VIII 8, 18 Non *oportebat* quidem *vos scire* . . ., sed . . .

Quintil. II 9, 1 *discipulos* . . . *moneo, ut praeceptores suos* . . . *parentes esse* non quidem *corporum,* sed *mentium credant.* II 15, 16 . . . non quidem *adicit* . . ., sed . . . *idem ostendit.* II 21, 17 . . . non quidem *erit orator,* sed *faciet illud quasi orator* . . .; IV 2, 70 non quidem . . . *attulit* . . ., sed . . .; VIII 3, 45 *culpam* non *scribentium* quidem *iudico,* sed *legentium* . . .; IX 3, 56 non *enim dixi* quidem, *sed non scripsi nec scripsi quidem,* sed *non obii legationem* . . . (cf. Demosth. de cor. 55. 179).

Plin. min. epist. I 22, 6 non quidem *gymnasia sectatur* . . . sed *in toga negotiisque versatur* . . .; V 3, 6 non quidem *hi senatores,* sed *sanctitas morum non distat ordinibus.*

II. Rarius quam *quidem* . . ., *sed* usurpatur formula *quidem* . . . *tamen.*

Plin. n. h. IV 80 *Ab eo* [Histro] *in plenum* quidem *omnes Scytharum sunt gentes, variae* tamen *litori apposita tenuere;* V 144 . . . *a Milesiis* quidem *conditum, in loco* tamen . . . VI 70 *A Gange versa ad meridiem plaga tinguntur sole populi, iam* quidem *infecti, nondum* tamen *Aethiopum modo* exusti . . .; VII 14; VII 141; IX 138; X 193; X 194; X 209; XI 284; XV 48; XXVIII 260; XXXIV 52; XXXV 112; cf. XXX 1.

Tac. dial. 9, 14 . . . *nascuntur pulchri* quidem *et iucundi, quorum* tamen *hic exitus est* . . .; 9, 27 *pulchrum id* quidem . .: *quanto* tamen *pulchrius* . . .; a. I 43, 5; IV 56, 7; XIII 15, 3.

Senec. dial. VI 8, 2 *Manet* quidem *tibi, Marcia, etiamnunc ingens tristitia* . . .: tamen *hanc quoque tibi aetas minutatim eximet* . . . dial. X 19, 3; XI 8, 3; XI 11, 4; XII 2, 4; XII 7, 8; XII 18, 9; clem. I 1, 7; I 5, 2; nat. quaest. V 8, 2; epist. mor.

I 4, 1 (ep. 4); III 3, 21 (ep. 24); IV 6, 4 (ep. 35); V 9, 1 (ep. 49); IX 4, 8 (ep. 75); X 3, 17 (ep. 79); XI 3, 15 (ep. 82); XII 3, 15 (bis) (ep 85); XIV 4, 14 (ep. 92); Troad. v. 54 v. 736.

Curt. IX 3, 20 *Cuius* [Coeni] *morte ingemuit* quidem *rex, adiecit* tamen . . .; IV 7, 10; VIII 4, 2; VIII 12, 6.

Quintil. I prooem. 14 . . .: *quidam . . . partem* quidem *potiorem . . . retinuerunt, nomen* tamen *sibi insolentissimum adrogaverunt* . . .; I 4, 29; I 6, 10; I 8, 11; I 8, 18; II 19, 1; III 7, 6; III 11, 22; IV 1, 72; IV 2, 21; IV 2, 35; IV 2, 95; V 13, 6; V 13, 10; VII 2, 28; VII 4, 1; VII 4, 37; VIII 6, 53; X 1, 88; X 2, 25; XII 1, 18; XII 7, 1. cf. *et . . . quidem . . . tamen* p. 42.

Plin. min. epist. V 13, 9 *Oportet* quidem *quae sunt inhonesta non quasi inlicita, sed quasi pudenda vitare, iucundum* tamen *si prohiberi publice videas* . . .; I 12, 11; I 20, 8; II 1, 7; II 19, 6; II 20, 11; III 9, 8; III 11, 8; III 18, 9; III 19, 8; III 20, 12; IV 3, 1; IV 6, 2; IV 17, 9; V 3, 1; V 13, 4; V 13, 9; VI 26, 2; VI 30, 2; VII 1, 3; VII 32, 1; VII 8, 15; VIII 9, 1; VIII 14, 24; IX 13, 22; IX 20, 2; IX 30, 3; ep. ad Traian. 47, 1. Paneg. 6, 24, 27, 30, 31, 47, 50, 57, 59, 61, 62, 63, 68.

Non quidem . . . tamen legitur his locis: **Plin.** n. h. XXXV 146 *Sunt etiamnunc* non *ignobiles* quidem, *in transcursu* tamen *dicendi.*

Tac. a. IV 8, 9 non quidem *sibi ignarum . . . se* tamen . . .; a. VI 50, 8 non quidem *regere . . . solitus, consilii* tamen . . .

Senec. dial. VII 17, 3 *omnes bonas artes* non quidem *comprehendisti, attigisti* tamen; epist. mor. IX 1, 10 (ep. 72), non quidem *contigerunt, in conspectu* tamen . . . *habent.* (cf. ep. mor. XI 3, 15 (ep. 82); XII 3, 15 (ep. 85)).

(**Curt.** non usurpat). **Quintil.** I 8, 2 *sit . . . lectio virilis . . . et* non quidem *prosae similis . . . non* tamen *in canticum dissoluta;* IV 2, 36 *et* non *sordidis* quidem, *non* tamen . . .; V 12, 12 non *debent* quidem . . . *non* tamen . . .; V 12, 17 *argumentorum . . . sedes* non *me* quidem *omnes ostendisse confido, plurimas* tamen.

Plin. min. epist. II 5, 11 non *tu* quidem . . . *posses congruentiam . . . deprendere, posses* tamen *iudicare* . . . VI 32, 1

non quidem *augetur dignitas, ornatur* tamen . . .; Paneg. 32 non quidem *reposcimus fenus*; *putet* tamen . . .

III. Sequitur formula *quidem . . . sed tamen*, quae raro invenitur:

Plin. n. h. VIII 31 *Magnitudo dentium videtur* quidem *in templis praecipua,* sed tamen *in extremis Africae . . .*

Senec. dial. VII 8, 4 . . . *deus in exteriora* quidem *tendit,* sed tamen *in totum undique in se redit* . . .; X 18, 3; nat. quaest. II 40, 3; epist. mor. XII 2, 13 (ep. 84); IV 6, 2 (ep. 35). Herc. v. 1272.

Curt. V 5, 7 *similes* quidem sed tamen *dispares poenas.*

Quintil. III 8, 50 *ut melius* quidem, sed tamen *ipsi dicere viderentur*; II 5, 19; IV 2, 117; V 7, 5; prooem. VI 15 . . . *sed certissimam tamen;* VI 3, 102 (*sed . . . tamen*)*;* VIII prooem. 7 . . . *sed maxime tamen*; XI 125 *levis* quidem, sed *non iniucundus* tamen; XII 2, 27.

Plin. min. epist. I 18, 6 *differri . . . aegre* quidem, sed tamen *potest*; II 17, 23; III 11, 9; III 16, 6; IV 17, 2; Paneg. 87.

Non quidem . . . sed tamen legitur:

Tac. dial. 3, 8 *emitteres Catonem* non quidem *meliorem* sed tamen *securiorem?* a. XV 71, 12 *quasi principem* non quidem *odissent,* sed tamen *existimarentur.*

Senec. dial. V 38, 1 non quidem *irascor*, sed *dubito* tamen . . .

Curt. III 11, 10 *Macedonum quoque* non quidem *multi* sed *promptissimi* tamen *caesi sunt.* VI 8, 3 non quidem *sceleris*, sed *contumaciae* tamen *esse suspectum.* VII 2, 31 non quidem *indignatio*, sed tamen *seditio compressa est.*

Quintil. I 5, 64 non *Latine* quidem sed tamen *citra reprehensionem loquetur.* IX 2, 57 *est alia* non quidem *reticentia* . . . sed tamen . . . IX 3, 20 *Sunt et illa* non *similia soloecismo* quidem sed tamen . . . XII 10, 32 non *antiquissimorum* quidem sed tamen . . .

IV. Praeterea commemoranda est formula *quidem . . . autem.* Et **Plinius** quidem in naturali historia sola copulatione *et . . . quidem . . . autem* utitur — v. p. 39 — ex ceteris scriptoribus haec proferri possunt exempla:

Tac. dial. 8, 22 *ceteros* quidem *amicos . . . Marcellum* autem *et Crispum . . .*; 18, 24 *Calvum* quidem . . . *Brutum* autem . . .; 18, 26 *a Calvo* quidem . . . *a Bruto* autem . . .; 25, 14 *Cicero* quidem . . . *Calvus* autem . . .; 31, 35 *causae, plurimae* quidem . . . *pleraeque* autem . . .; a. III 53, 9 *illi* quidem . . . *mihi* autem . . . III 73, 12 *ceteros* quidem . . . *ipsius* autem *ducis* . . .; IV 28, 11 *sibi* quidem . . . *filium* autem . . .VI 5, 7 *illos* quidem *senatus, me* autem *tuebitur Tiberiolus meus.* XVI 17, 21 *se* quidem *mori* . . . *Rufrium* autem *Crispinum* . . .

Senec. clem. I 9, 7 *uxori* quidem *gratias egit, renuntiari* autem . . . *imperavit* . . . I 17, 1 *quid enim stultius quam in iumentis* quidem . . . *erubescere iram exercere, pessima* autem *condicione sub* [homine] *hominem esse*? nat. quaest. II 5, 2; V 5, 2; VII 3, 3; epist. mor. II 5, 2 (ep. 17); VI 7, 13 (ep. 59); VII 3, 7 (ep. 65); XI 2, 18 (ep. 81); XII 3, 19 (ep. 85); XIII 3, 32 (ep. 88); XIV 1, 2 (ep. 89); XIV 4, 13 (ep. 92); XIV 4. 14; XX 3, 9 (ep. 120).

Curt. IV 4, 9 *portum* quidem . . . *naves* autem; VI 11, 10; X 1, 8 *hos* quidem . . . *DC* autem . . .;

Quintil. I 2, 3 *si studiis* quidem *scholas prodesse, moribus* autem *nocere constaret* . . . II 3, 6; II 15, 27; II 17, 3; II 19, 2; III 3, 6; III 3, 12; III 9, 3; V 6, 5; VII 2, 33; X 3, 1.

Plin. min. epist. II 11, 5 *Mario* quidem *iudices . . . censuit dandos, evocandos* autem . . . II 17, 20; VIII 14, 15; ad Traian. 43, 2; Paneg. 32. 52. 55. 86.

V. Interdum scriptores etiam formulam *quidem . . . vero* usurparunt, quam Dräger l. l. § 338 p. 131 plane praetermittit. Qua quomodo Cicero utatur Grossmannus exponit p. 67.

Plin. n. h. XVI 248 *si accessere imbres* [acinis], *amplitudine* quidem *augentur, visco* vero *marcescunt.* XVI 2; XXI 106.

Senec. epist. mor. XIX 5, 24.

Quintil. I 10, 35 *numerorum notitia . . . cuicumque . . . necessaria est, in causis* vero *vel frequentissime versari solet* . . .; I prooem. 15; II 10, 8; II 20, 5; III 8, 38; IV 1, 21; X 1, 107; X 7, 7; XII 2, 2.

VI. Neque desunt loci, in quibus . . . *quidem . . . verum legitur*: **Plin.** n. h. XXVI 164 *Psilotrum nos* quidem *in mulie-*

bribus medicamentis tractamus, verum *iam et viris est in usu.* cf. praef. 11.

Tac. a. XII 20, 10 *meritum* quidem *novissima exempla Mithridatem* . . .: verum *ita maioribus placitum.*

Quintil. I 6, 23 *Antonius Gnipho* . . . robur quidem *et* ebur *atque etiam* marmur *fatetur esse*, verum *fieri vult ex his* ebura, robura, marmura. IX 3, 40 (ex Cicerone repetitum). X 1, 87 *Atacinus Varro* . . . non *spernendus* quidem verum *ad augendam facultatem dicendi parum locuples.*

VII. Semel **Quintilianus** utitur formula . . . *quidem* . . . *verum tamen:* VIII 3, 32 . . . *dura* quidem *sentit esse*, verum tamen *usu putat posse molliri.*

Neque vero illarum formularum Dräger l. l. mentionem facit. —

VIII. Iam illas oportet commemorari formulas, quibus Cicero usus non est, . . . *quidem* . . . *ceterum*, et . . . *quidem* . . . *at.* Et de illa quidem formula . . . *quidem* . . . *ceterum* Dräger l. l. § 340 p. 132 disputat, ubi ex solis Curtii et Suetonii scriptis exempla profert: de hac altera . . . *quidem* . . . *at* ne mentionem quidem infert. Videamus igitur, quae suppleri possint. Ponitur . . . *quidem* . . . *ceterum:*

Tac. a. XIV 20, 9 *Spectaculorum* quidem *antiquitas servaretur, quotiens praetores ederent* . . ., ceterum *abolitos paulatim patrios mores funditus everti per accitam lasciviam* . . . a. IV 17, 9; a. XVI 35, 7 (*Et* . . . *quidem* . . . *ceterum*).

Senec. nat. quaest. II 2, 3 *sensum* quidem *effugiunt*, ceterum *ratione prenduntur* . . . II 10, 1; III 26, 8; clem. II 6, 3;

epist. mor. VIII 2, 33 (ep. 71) *his pretium* quidem *erit aliquod*, ceterum *dignitas non erit* . . . XVIII 5, 21 (ep. 108); XIX 2, 2 (ep. 111); XX 3, 18 (ep. 120).

Curt. III 8, 7 *Graecis nuntiare iubet, ipsum* quidem *benevolentiae illorum gratias agere*, ceterum, *si retro ire pergat* . . . IV 1, 18; IV 5, 20; IV 6, 12; IV 8, 3; IV 10, 5; V 1, 18; V 4, 23; VI 6, 20; VI 9, 16; VI 9, 18; VIII 2, 28; VIII 11, 21; IX 2, 6; IX 6, 17; IX 6, 26.

cf. *Plin. min.* Paneg. 5 . . . *illa* [turba] quidem, *ut tunc arbitrabatur, deum*, ceterum, *ut docuit eventus, te consalutavit imperatorem.*

Apud Plinium maiorem et Quintilianum non invenitur.

. . . *quidem* . . . *at* legitur:

Tac. a. XV 21, 1 *Olim* quidem *non modo praetor aut consul sed privati etiam mittebantur, qui provincias viserent* . . .: at *nunc colimus externos et adulamur.*

Senec. epist. mor. VIII 2, 30 (ep. 71) *Sapiens* quidem *vincit virtute fortunam,* at *multi professi sapientiam levissimis nonnumquam minis exterriti sunt.* IX 5, 4 (ep. 76).

Curt. X 9, 20 *Meleager* . . . *tum* quidem, *quia ipsius corpori vis non afferebatur,* . . . *quietus stetit:* at *mox damnata spe salutis* . . . *confugit in templum.*

Quintil. XII 9, 2 *oratio gaudebit* quidem *occasione laetius decurrendi* . . . at *si iuris anfractus* . . . *adire cogetur, non obequitabit* . . . cf. V 14, 33; XII 1, 12.

IX. Reliquum est ut quomodo altera contrariorum pars particulis e medio sublatis dissolute adiungatur exemplis illustrem. Omitto autem hoc loco ea exempla, quae supra, cum de copulatione *et* . . . *quidem* disputarem, proposui; v. pp. 39 seqq.

Plin. n. h. XI 124 *in hoc* quidem *genere et feminis tribuit, in multis tantum maribus.* II 247 *Eratosthenes in omnium* quidem *litterarum subtilitate, in hac utique praeter ceteros sollers* cf. XXXV 77.

Tac. dial. 35, 15 *duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et controversiae, ex his suasoriae* quidem . . . *pueris delegantur, controversiae robustioribus adsignantur.* h. I 77, 2 *Vitellio* quidem . . . *bello opus erat, Otho* . . . *munia imperii obibat.* a. I 42, 2 *illum* quidem . . ., *imperium Romanum* . . . a. IV 29, 5; VI 28, 14.

Senec. dial. VII 3, 2 *aliorum* quidem *opiniones praeteribo* . . .: *nostram accipe.* benef. II 33, 3 *qui dedit, gratiam* quidem *iam recepit, mercedem nondum.* cf. V 16, 5; VI 31, 7 *Cedent* quidem . . .: *deinde* . . .

nat. quaest. IV 3, 1 *audivisse* quidem *se, vidisse negant.*

epist. mor. I 11, 3 (ep. 11) *magis* quidem *in iuvenibus apparet rubor* . . .: *nihilominus et veteranos et senes tangit.* III 8, 4 (ep. 29) *est* quidem . . .: *nihilominus* . . . VIII 2, 20 (ep. 71); IX 3, 17 (ep. 74); XI 3, 19 (ep. 82).

Curt. III 1, 6 *Alexander* quidem *urbem* . . . *intrat: illi caduceatorem* . . . *intueri iubent.* IV 12, 1 *Ille* quidem . . .: *Alexander* . . . VI 5, 3 *Tu* quidem . . . *perpetua felicitate flo-*

reas: ego . . . torqueor . . . VII 4, 39 *Rex his* quidem *laetus, de Spartanis hautquaquam securus . . .* VIII 6, 1 *Polyperconti* quidem . . .: *in Callisthenem . . .*; X 2, 3 *intrasse* quidem . . . *mox . . .* X 10, 1 *rex* quidem . . . *satrapes Ptolemaeus . . .*

Quintil. dial. II 12, 12 *illis* quidem *gratulemur . . .: nos . . . consolemur . . .* I 10, 6; III 8, 15; IV 1, 41; VIII prooem. 14; VIII 3, 73; IX, 3, 13.

Plin. min. epist. III 16, 13 *illud* quidem *ingens fama, haec nulla circumfert.* VII 14, 1 *Tu* quidem . . .: invicem[1]) *ego* [ep. Traian. ad Plin. 28, 1 *Nunc* quidem . . .: *cum . . .*]; ep. ad Traian. 98, 1 *nomine* quidem *flumen, revera cloaca foedissima.* cf. Paneg. 12, 41, 45.

III b.

Exposita atque illustrata particulae *quidem* vi concessiva nunc de *vi adversativa* dicendum est. De qua recte mihi Grossmannus l. l. p. 104 videtur docere: *ea vis . . . non particulae* quidem *tribuenda est, sed rebus in sententiis exstantibus, quae quidem saepe sibi oppositae sunt, ut* quidem *rem alteram altera magis commemorans, oppositione sine particula praemissa idem atque* autem *significet.* Addam etiam quae dicit Nägelsbachius Lat. Stilist. § 195 c p. 625: *von den modernen Latinisten fast unbeachtet ist* quidem *in seinen gegensätzlichen Functionen geblieben. In diesem Falle entspricht es unserem* aber *gerade so, wie μέν bei Homer . . . und den Tragikern und in attischer Prosa μήν.* cf. Kühner. Ausführl. Gr. d. gr. Spr. II 503, 2.

Quodsi usum ipsum spectamus, mirum est, quantum singuli scriptores differant inter se. Tacitus enim et Curtius numquam, saepissime Seneca particulae *quidem* vim subicit adversativam. Neque vero reliqui easdem sequuntur leges. Quae omnia ex universo illorum scriptorum genere dicendi esse repetenda nemo est, quin intellegat.

Plin. n. h. XVI 235 *Romae vero lotos in Lucinae area, . . . aede condita, incertum ipsa quanto vetustior. esse* quidem *vetusti-*

[1]) *Haec vox Ciceroni inusitata, apud Caesarem satis rara, Livio et posterioribus scriptoribus usitatissima a Plinio persaepe usurpatur 1. eadem significatione qua* contra, ab altera parte; *2. = vicissim; 3. = inter se, nos, vos; alter — alter.* (*Lagergren,* de vita et eloc. Plinii min. p. 171.)

orem non est dubium . . .; VII 56 *Toranius mango Antonio . . eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit. tanta unitas erat. postquam deinde . . . increpitus . . . est . . . respondit versutus ingenii mango id ipsum se tanti vendidisse, quoniam non esset mira similitudo in ullis eodem utero editis:* diversarum quidem *gentium natales tam concordi figura reperiri super omnem esse taxationem.* III 122 . . . *Gallice vocentur padi . . .,* Ligurum quidem *lingua . . . vocari.* XII 43 *adulteratur . . .:* sincerum quidem . . . XVII 90 . . . *si emittantur in ramos:* constrictae quidem . . .; XVII 236; XVIII 329; XIX 189; XXII 117, 118; XXV 11; XXV 93 cf. II 37.

Senec. dial. II 2, 1 . . . *reipublicae nomine . . .: pro ipso* quidem *Catone . . .;* II 6, 7 *Perdiderunt isti . . ., feneratores perdiderunt . . .: ego* quidem *omnia integra . . . habeo.* II 13, 5 *omnes . . . inter se differunt, sapiens* quidem *pares illos . . . omnis putat.* II 16, 2 *Uter verius dicat videbimus: ad contemptum* quidem *iniuriae uterque consentit.* III 3, 4 *Impetus habent ferae, rabiem . . .: iram* quidem *non magis quam luxuriam* (cf. III 3, 5). III 9, 4 *Hic erit utilis miles, qui scit parere consilio; affectus* quidem *tam mali ministri quam duces sunt.* III 16, 7 *Sentiet itaque suspiciones quasdam et umbras affectuum: ipsis* quidem *carebit.* —

dial. III 20, 7 *Terribilia enim esse . . . possunt: magnitudinem* quidem . . . *non habebunt.* IV 14, 1 *Aliquando incutiendus est iis metus . . .: irasci* quidem *non magis utile quam . . . metuere.* IV 22, 1 *Sed haec ad liberos nostros pertinent: in nobis* quidem . . .; IV 26, 4 *nocere itaque nobis possunt . . .; iniuriam* quidem *facere non possunt.* VI 24, 5 *Imago dumtaxat filii tui periit . . .: ipse* quidem *aeternus . . . est . . .;* VII 13, 5 *virtus antecedat, comitetur voluptas . . .: virtutem* quidem . . . *voluptati tradere ancillam nihil magnum animo capientis est.* VII 17, 4 *delenimenta magis quam remedia podagrae meae compono . . .: vestris* quidem *pedibus comparatus debilis cursor sum.* X 2, 2 *exigua pars est vitae qua vivimus, ceterum* quidem *omne spatium non vita, sed tempus est.* X 8, 1 *illud uterque propter quod tempus petitum est, ipsum* quidem *neuter.* XII 11, 7 *in hoc* [corpusculum] *supplicia, in hoc latrocinia . . . exercentur: animus* quidem *ipse sacer et aeternus est . . .*

5*

clem. I 9, 1 *Divus Augustus fuit mitis princeps . . . in communi* quidem *reipublicae gladium movit.* I 14, 2 *cetera . . . cognomina honori data sunt . . ., Patrem* quidem *Patriae appellavimus, ut sciret . . .* I 21, 1 *Regem et servus occidit . . .: servabit* quidem *nemo nisi . . .* I 26, 5 *Haec divina potentia est gregatim ac publice servare: multos* quidem *occidere . . . ruinae potentia est.* II 7, 4 *De verbo . . . controversia est, de re* quidem *convenit.*

benef. II 33, 3 *debeo . . . quod extra beneficium est, ipsum* quidem *persolvi.* II 34, 5 *unum utrique nomen est, vis* quidem *. . . longe alia.* III 20, 1 *corpora obnoxia sunt . . . dominis, mens* quidem *sui iuris.* IV 39, 3 *ad cenam . . . ibo, etiamsi frigus erit: non* quidem *si nives cadent.* VI 2, 3 *usu beneficii . . .: beneficium* quidem *ipsum . . .* VII 8, 2 *. . . magnos* quidem (quidem concessivum) *viros, maiores* quidem, *quia . . .*

nat. quaest. II 9, 4 *id . . . intercluditur tantum . . .: ipse* quidem . . .; III 18, 6 *fratrum . . . extrema hora deseritur: ad mortem* quidem *nulli concurritur.* IV 2, 15 *ultro . . . trahunt . . .: plurimi* quidem *pereunt . . .* epist. mor. V 12, 6 (ep. 52) *illum feliciorem dixerim . . ., hunc* quidem *melius de se meruisse . . .* XIII 3, 6 (ep. 88) *Demus illis . . .: hoc* quidem . . . XIV 2, 7 *Hactenus . . . adsentior: artes* quidem *. . . inventas . . . non concesserim.* ibid. 2, 27 *artificem . . . vitae. alias* quidem *artes . . .* XV 2, 50 (ep. 94) *hanc . . . dabit sibi ipsa sapientia . . .: imbecillioribus* quidem *ingeniis . . .;* ib. 2, 57 *haec . . . disposuit, aurum* quidem *. . . abscondit . . .;* XVI 4, 24 (ep. 99) *memoriam . . . celebra . . ., oblivisci* quidem *. . .;* ibid. 4, 28 *nobis licet dicere, vobis* quidem *non licet.* XX 7, 16 (ep. 124) *equus reminiscitur viae, cum ad initium eius admotus est: in stabulo* quidem *nulla illi viae . . . memoria est.*

Quintil. IV 1, 4 *in foro quoque contingere istud principiorum genus secundis actionibus potest, primis* quidem *raro umquam . . .;* V 11, 26 *verba sunt in his similia vetustatis et largitionis, vis* quidem *longe diversa . . .;* V 13, 7; IX 2, 101; IX 3, 54; XII 9, 6; XII 9, 10 *hoc* quidem.

Plin. min. epist. II 14, 13 *plausus tantum . . . desunt: ululatus* quidem *. . . large supersunt.* III 15, 4 *hebetentur fortasse . . ., evelli* quidem *. . . non possunt;* Paneg. 15 *verum haec olim . . .: in praesentia* quidem . . . Paneg. 75 *ante orationes principum tantum . . . mandari aeternitati solebant: acclamationes*

quidem *nostrae parietibus curiae claudebantur.* ibid. 76 *ceteri* quidem . . . cf. epist. II 13, 7.

Praeterea *quidem* adversativum etiam in refutatione usurpatur, ita quidem, ut quod aliquis statuit, concedat, addat autem aliud, quod illi aliqua ratione opponitur. Plerumque idem ac nostrum *ja, aber* significat.

Es wird, inquit Dräger l. l. II § 341 p. 133, *das Behauptete zugegeben, dann aber folgt eine Gegenbemerkung.* Quem usum Madvigius ad Ciceronis librum de finibus lib. I § 35, 6 primum exponit exemplisque ex Cicerone promptis confirmat. Cf. etiam Grossm. l. l. p. 106. De eadem hac re disputans Dräger l. l. ex solo Cicerone exempla profert neque puto equidem frequentem apud reliquos scriptores eum usum fuisse. Attamen aliqua eius usus exempla inveniuntur.

Senec. epist. mor. IX 1, 4 (ep. 72) *Incidet aliquid quod impediat. non* quidem *eum cuius animus in omni negotio laetus atque alacer est.* IV 4, 9 (ep. 33) *Multum, inquit, viva vox facit, non* quidem *haec, quae alienis verbis commodatur et actuarii vice fungitur.* ep. VII 3, 15 (ep. 65); XVIII 1, 24 (ep. 104) *Terribiles visu formae letumque labosque: minime* quidem, *si quis rectis oculis intueri illa possit et tenebras perrumpere.* cf. XVIII 5, 5 (ep. 108). de benef. II 11, 2 et V 24, 2. cf. etiam Plin. n. h. XXXIII 9 *non* quidem *Romanae* . . . XXXVI 4 *id* quidem *falso.*

Haec fere de particula *quidem* proponere institueram. De particulis *ne . . . quidem* multa habeo, quae commemorem, [1]) sed ne nimis extra fines egrediatur disputatio, alio loco de iis disputare melius esse puto.

Illud vero, antequam finem commentationi imponam, paucis recolere non inutile dixeris, quid in illius particulae usu singulorum scriptorum sit proprium, quid commune omnibus, quid novatum, quid ab usu remotum, quid denique inter illorum et Ciceronis dicendi rationem intersit. Quodsi bene considero omnia, maxime omnium *Plinius* maior singulari utitur scribendi consuetudine. praecipua et summa ad haec revocari possunt capita:

[1]) G. Grossmannus in opusculo quod hac de copulatione scripsit, non satis mihi accurate videtur rem perpendisse. (De particulis *ne . . . quidem,* Allenstein 1884.)

1. Plinius saepe ad sententiam epiphonematis aut iudicii loco participium, attributum, ablativum absolutum, alia huiusmodi adiungit apponens particulam *quidem*, v. pp. 7 seqq.;

2. magis hoc mirum est et singulare, si ad membrum aliquod orationis agglutinandum pronomen demonstrativum vel determinativum ponit eique particulam *quidem* addit, v. pp. 8, 9;

3. eadem fere ratione eodemque sensu particulis *et* . . . *quidem* et *iam quidem* utitur, v. pp. 9—10;

4. saepissime neglecta artificiosa sententiarum coniunctione verborumque circumscriptione particula *quidem* ad orationem continuandam utitur, v. pp. 18 seqq.;

5. singulari quadam ratione sententias a pronominibus demonstrativis vel determinativis incipientes subiungit, v. pp. 22, 23;

6. raro omnino pronominibus *quidem* apponit, rarissime relativis, v. pp. 23, 24;

7. proprio ac singulari modo vocem *equidem* usurpat, v. pp. 32 seqq.;

8. praeterea apud eum singulares sunt formulae et modi dicendi:

et . . . quidem . . . et . . .
et . . . quidem . . . sed et . . .
et . . . quidem . . . sed praecipue . . .
et . . . quidem . . . sed maxime . . .

alia, quae quidem apud alios scriptores aut numquam aut raro leguntur, v. pp. 45, 46;

9. particulae *siquidem*, quam bis et sexagiens ponit, significationem causalem, numquam, locum dubium si excipias, condicionalem subicit, v. pp. 50 seqq.;

10. saepe copulationem *iam quidem* usurpat neque tamen umquam pronomen interponit, cf. pp. 10, 48, 49.

Multum a dicendi ratione Pliniana **Tacitea** differt.

1. Plinius enim — ut aliqua seligam — pluribus quam ducentis locis sola particula *quidem* sententias nectit, fere numquam Tacitus, v. p. 24;

2. ille *equidem* septiens et sexagiens, *siquidem* bis et sexagiens scripsit, hic *equidem* quinquiens, *siquidem* bis posuit;

3. apud illum *iam quidem, nam . . . quidem, ac . . . quidem* multaeque copulationes et coniunctiones, aliae magis, aliae minus frequenter inveniuntur, quae apud hunc ne semel quidem leguntur;

4. in sententiis, quarum altera alteri opponitur, Tacitus saepe . . . *quidem* . . . *autem* . . . usurpat (v. p. 63), cuius rei exemplum deest apud Plinium.[1])

Praeterea

5. Tacitus numquam particulae *quidem* vim tribuit adversativam;

6. in dialogo de oratoribus numquam, saepissime in reliquis scriptis particulae *et* . . . *quidem* leguntur.

Neque hoc solum discriminis est inter priora illius et posteriora scripta, sed omnia enumerare longum est.

Dixi multum Tacitum a Plinio differre, nunc ad quemnam scriptorem propius accedat, paucis perpendamus. Facile autem, nisi omnia me fallunt, ex iis quae in commentatione proposita sunt, colligitur, maximam quandam inter **Curtii** et Taciti rationem scribendi similitudinem intercedere. Id iam aliqua ex parte supra p. 43, probavi. addi potest, apud neutrum particulam *quidem* adversativa vi esse, v. p. 66, apud utrumque . . . *quidem* . . . *autem* . . ., . . . *quidem* . . . *ceterum* . . ., . . . *equidem* . . . *at* . . . legi. Ut Curtius numquam *siquidem* usurpat, ita neque Tacitus in historiarum libris aut in libris ab excessu Divi Augusti hac voce usus est. Praeterea conferantur, si placet, pp. 62 et 63, 10 et 14, alia.

Quae cum ita sint, quamquam non me fallit multis in rebus aliter Curtium, aliter Tacitum solere scribere, tamen in usu particulae *quidem* utrumque easdem plerumque sequi leges contenderim. Multa alia, quae inter utrumque conveniunt, F. Walter in libello qui inscribitur Studien zu Tacitus und Curtius[2]) proponit nolo autem hoc loco de sententia, pro qua ille propugnat, iudicare.

De **Seneca** haec recolere satis erit:

1. quaedam dicendi formulae semel atque iterum inveniuntur, ut

eo quidem magis quod . . .
eo quidem magis quo . . .
adeo quidem ut . . .

similia, v. pp. 11, 25;

2. etiam *utinam quidem* saepissime legitur, v. p. 54;

---

[1]) quamquam bis legitur: et . . . *quidem* . . . *autem* . . . v. p. 60.

[2]) Programm d. k. Wilhelms-Gymnasiums in München f. d. Schuljahr 1886-87.

3. pluribus quam sexaginta locis particulis *et quidem* ad sententiam definiendam atque amplificandam utitur, v. pp. 12, 44;

4. plus quam ceteri scriptores Seneca particulae *quidem* adversativam subicit potestatem, id quod ex ipsius scribendi consuetudine facile repetitur, v. pp. 67, 68;

5. Ciceronem imitatus in refutatione quoque particula *quidem* utitur, v. p. 69.

Minus quam reliqui, ut suo loco probavi, **Quintilianus** ab usu Ciceroniano abest. Ut Cicero enim ita Quintilianus saepissime ad pronomina, maxime relativa, *quidem* adiungit, v. pp. 29, 30; iisdem quibus Cicero utitur formulis, ut *meo quidem iudicio, mea quidem sententia,* v. p. 5; iisdem quibus ille copulationibus, ut *nam . . . quidem,* v. p. 47, *ac* (atque) *quidem,* v. p. 15, 47 . . . Praeterea maximam praebet usus varietatem, v. inter alia pp. 42, 45.

Ut de **Plinii** quoque **minoris** usu praecipua quaedam attingam, saepissime particulae *et quidem* leguntur, quas ille eodem fere modo ac Seneca usurpat. Praeterea semel atque iterum formulis *his quidem verbis, adeo quidem ut* aliisque utitur, v. p. 16. Sed pauca insunt in illius ratione scribendi eximia et propria, sequi enim solet leges ab illius aetatis scriptoribus plerumque observatas, cf. pp. 5, 42, 43, 47, 49, 52, 58, 68.

His de singulorum consuetudine expositis videamus quid omnes communi quadam ratione secuti sint, quid novarint, quid ab usu removerint: quae omnia ita proponam ut facile cum usu Ciceroniano comparari possint.

Ac primum quidem longe usitatissimum illa aetate erat *quidem* concessivum, — v. ingentem exemplorum copiam pp. 55—66 congestam —. Qua in re formulae . . . *quidem . . . ceterum . . .* et . . . *quidem . . . at . . .* quae apud Ciceronem non leguntur, novatae sunt, illa a Tacito, Seneca, Curtio, Plinio minore, non a Plinio maiore et Quintiliano usurpatur, haec apud Tacitum, Senecam, Curtium, Quintilianum, non apud Plinios exstat. Addam Tacitum in tertio libro ab excessu D. Aug., ubi sexiens *quidem* legitur, quinquiens particulae concessivam tribuisse vim, et in libro sexto, ubi octiens invenitur, quinquiens. Similia de aliis proferri possunt.

Deinde rarissime illi scriptores pronominibus addunt *quidem.* Ciceronem in libris de oratore tertium quodque, in epistulis quartum quodque *quidem* cum pronomine relativo coniunxisse Grossmannus ostendit. At ex Plinii maioris scriptis septem, ex Taciti

tria exempla sola proferri possunt, neque ceteri scriptores Quintiliano excepto — v. pp. 29, 30 — crebrius *quidem* ponunt, cf. pp. 23—33.

Praeterea Cicero, quotienscumque concessivam subicit particulae significationem, ad pronomen eam adiungit atque hac ratione saepissime pronomina *ille, hic, is* redundanter ponit: aliam omnino sequi legem qui argenteae sint aetatis scriptores, supra demonstravi, v. p. 58, 59.

Accedit quod multae copulationes et formulae, quibus Cicero uti solebat, ab illis scriptoribus non usurpantur, ut *sane* . . . *quidem, profecto* . . . *quidem, certe* . . . *quidem,* . . . *quidem* . . . *certe* — v. p. 6. — Ad *dum, verum, igitur, ergo, quamobrem, quamquam, etsi, tametsi* similiaque aut numquam aut rarissime *quidem* apponitur, cf. pp. 53, 54. Hoc loco recolenda sunt, quae p. 5 de modis loquendi ut *meo quidem iudicio, mea quidem sententia, ut mihi quidem videtur* aliisque dicta sunt. Neque illud hoc loco recolere alienum duxerim, Ciceronem inter vocem *non* et *quidem* aliud vocabulum, plerumque pronomen interponere solere, illos scriptores ipsi voci *non* addere particulam *quidem,* v. pp. 62 seqq. Similiter de coniunctione *iam quidem* dicendum est. De *equidem, siquidem* multis aliis ea quae supra dixi repetere opportunum non duco. Satis enim iam constat, quantum inter Ciceronem et illos scriptores sit discriminis.

Reliquum est ut quid de locis quibusdam dubiis secundum leges repertas dicendum videatur breviter exponam.

I. Legimus in naturali historia l. II § 115: *Montium vero flexus crebrique vertices et conflexa cubito aut confracta in umeros iuga, concavi vallium sinus scindentes inaequalitate ideo resultantem aera* (quae . . . facit) *sine fine ventos generant iam* quidam *et specus, qualis in Dalmatiae ora vasto praeceps hiatu, in quem levi pondere quamvis tranquillo die turbini similis emicat procella.*

Hoc loco scribendum videtur: *ventos generant, iam* quidem *et specus* . . . In codicibus legitur *quidam*, sed non solum in omnium fere scriptorum codicibus *quidem* et *quidam* confunduntur saepissime, sed ex ipsa naturali historia huius confusionis exempla triginta afferre possum. Iam vero si hac in re lectio codicum tanti facienda non est, praeferendum est *quidem.* Nam

a) non apparet quid sibi velit hoc loco pronomen *quidam;*

b) formula vero *iam quidem et* plurimis in eadem naturali historia legitur locis, ut pp. 10, 48, 49 multis illustravi exempli

c) Accedit, quod *iam quidam et* vix apud Plinium invenitur, cf. Sillig. ad h. l.

II. Legitur n. h. II 109 *Miretur hoc qui non observet cotidiano experimento herbam unam, quae vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper omnibusque horis cum eo verti vel nubilo obumbrante.* I a m q u i d e m *lunari potestate ostrearum conchyliorumque et concharum omnium corpora augeri ac rursus minui . . . exquisivere diligentiores . . .*

Hoc loco *quidem* legitur in codice Leidensi Lips. n. VII et in Riccardiano, in reliquis praebetur *quidam.*

Sed manifestum est hoc loco legendum esse *iam quidem*, quod saepe in n. h. legitur, v. pp. 10, 48, 49.

III. n. h. II 110 *Patrocinatur vastitas caeli immensa discreta altitudine in duo atque septuaginta signa, hoc est rerum aut animantium effigies in quas digessere caelum periti. In* h i s q u i d e m *mille sexcentas adnotavere stellas . . .*

In codice Riccardiano legitur *quidem*, sed cum hoc loco *quidem* minime aptum sit, *quidam* scribendum esse existimo. Hanc ipsam lectionem etiam Detlefsenius et L. Janus praetulerunt.

IV. n. h. VII 88, 89 *Mithridates duarum et viginti gentium rex totidem linguis iura dixit, pro contione singulas sine interprete adfatus. Charmadas* q u i d a m *in Graecia quae quis exegerit volumina in bibliothecis legentis modo repraesentavit.*

Co'icum lectionem *quidam* retinent Silligius, Janus, Detlefsenius, Mayhoffius. — Equidem scribere malim *Charmadas quidem* propter hasce rationes:

a) quoniam, ut supra monui, *quidem* et *quidam* in naturalis historiae codicibus saepissime permutantur, ex codicum lectione non oritur difficultas;

b) si vero dicendi consuetudinis Plinianae ratio habetur, *Charmadas* q u i d e m praeferendum est. Solere enim Plinium sola particula *quidem* continuare orationem, ducentis supra illustravi exemplis — v. pp. 17—24 — Nominibus autem virorum propriis viciens quinquiens addit *quidem*; inter alia haec conferre iuvabit: n. h. II 201, III 17, VII 55, XXX 117, XXXII 49, XXXV 57;

c) quamquam quinque locis pronomen *quidam* apud Plinium cum nomine proprio coniungitur — cf. VII 155 *Dandonem quemdam*, VII 53 *Vibius quidam*, VIII 59 *cuiusdam Philini*, VIII 81

Anthi cuiusdam, XXXVI 69 *Maximus quidam*, — tamen hoc loco non satis apte dicitur *Charmadas* quidam, cum Charmadas non sit homo ignotus. nam ut praetermittam alia, Cicero de orat. II 88, 360 eum in *summis hominibus et divina prope memoria* numerat. cf. Urlichs. Chrestomath. Plin. p. 55.

V. Ex iis, quae supra pp. 17—24 disputavi, effici videtur, ut lectio codicum *quidem* n. h. VII 85 *Myrmecides quidem* retinenda sit et reicienda coniectura Detlefsiana *quidam*.

VI. n. h. XI 204 *Huic* [omento] *adnectitur lien in sinistra parte adversus iecori, cum quo locum aliquando permutat, sed prodigiose.* Quidem *eum putant inesse ova parientibus, item serpentibus admodum exiguum.*

Retineri posse hoc loco lectionem codicum negaverim, quandoquidem ab ipso initio sententiae non ponitur *quidem*. Adde formulam dicendi *quidam* . . . *putant* saepe in n. h. legi.

VII. n. h. XXII 94 *Illa pernicialia quae probandi alea! si caligaris clavos ferrive aliqua robigo aut panni marcor adfuit nascenti, omnem ilico sucum alienum saporemque in venenum concoquit. deprehendisse qui nisi agrestes possunt? atque quae colligunt ipsi alia vitia?* ne quidem *si serpentis caverna iuxta fuerit, si patescentem primo adhalaverit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum.*

Codicum lectionem *ne quidem* retinere non posse perspicuum est. Neque vero coniectura Detlefseniana *equidem* placet, cum secundum ea, quae supra de hac voce exposui, hoc loco admitti posse non videatur. Ego cum Joa. Müllero [1]) scribere malim:

deprehendisse qui nisi agrestes possunt atque qui colligunt ipsi? alia vitia ne hi quidem, *si serpentis* . . .

VIII n. h. XXV 5 *Antea condiderat solus apud nos, quod* equidem inveniam, *Pompeius Lenaeus Magni libertus, quo primum tempore hanc scientiam ad nostros pervenisse animo adverto.*

Reicienda videtur lectio codicis Parisini lat. 6795 *quod equidem* inveni, et cum ceteris codicibus legendum est *quod equidem* inveniam. Nam dubium non est quin Plinius saepe *quod equidem* cum coniunctivo coniunxerit, v. pp. 35 seqq. [2])

---

[1]) Emendationen zur Naturalis historia des Plinius. IV. Wien, 1880, p. 15, 16.

[2]) De discrimine usus Ciceroniani et Pliniani v. p. 35, usum Ciceron. Dräger. l. l. pp. 527, 528 proponit.

IX. n. h. XXIX 24 *Invehi peregrinas merces conciliarique externa pretia displicuisse maioribus crediderim* et quidem *non tamen hoc Catonem providisse, cum damnaret artem.*

Hoc loco in codice Leidensi Vossiano *et quidem*, in Parisino lat. 6795 *quidem* legitur. At *et quidem* admitti non posse patet. Illud autem ex hac ipsa lectione colligi posse censeo, non *quidem*, quod in codice Parisino invenitur, solum scribendum esse. Re quidem vera *et quidem* et *equidem* facile commutantur — cf. n. h. XXI 83; II 114. — Praeterea *equidem crediderim* aliis quoque locis invenitur, ut n. h. XV 135 *ob has causas* equidem crediderim *honorem ei habitum* et XXVIII 85 *id quoque convenit, quo nihil* equidem *libentius* crediderim, cf. supra p. 35.

Sine ulla igitur dubitatione lectio aliorum codicum *crediderim equidem* recipi potest.

Quibus expositis locos ad criticam rationem emendatos in uno ponam conspectu:

Plin. n. h. II 109 *iam quidem* p. 74,
n. h. II 110 *In his quidam* p. 74,
n. h. II 115 *iam quidem et* p. 73,
n. h. VII 1 *si quidem* p. 51,
n. h. VII 85 *Myrmecides quidem* p. 75,
n. h. VII 89 *Charmadas quidem* p. 74,
n. h. XI 204 *Quidam eum putant* p. 75,
n. h. XVII 42 *et quidam* p. 9,
n. h. XXII 94 *ne hi quidem* p. 75,
n. h. XXV 5 *quod equidem inveniam* p. 75,
n. h. XXIX 24 *crediderim equidem* p. 76,
n. h. XXXV 17 *quibus equidem* p. 36.
Curt. VIII 8, 10 *Et quidem* p. 34.
Senec. dial. VI 18, 2 *aequalius quidem* p. 12.
